

referri q̄ delectus tota italia habiti exercitusq̄ conscripti  
 essent: quo presidio tute & libere senatus que uellet decē-  
 nere auderet. Ut M. Calidius qui censebat ut pompeius  
 in suas prouincias proficisceretur: neque esset armorū  
 causa timere cesarem abreptis ab eo duabus legionibus  
 ne ad eius periculum reseruare & retinere eas ad ur-  
 bem pompeius uideretur. Ut Marcus Rufus qui sentē-  
 tiam Calidii paucis uero mutatis rebus sequebatur.  
 Hi omnes conuicio L. Lentuli consulis correpti exagita-  
 bantur. Lentulus sententiam Calidii pronuntia-  
 turum se omnino negauit. Marcellus perterritus  
 conuictis a sua sententia discessit. Sic uocibus consu-  
 lis terrore presentis exercitus: minus amicorū pom-  
 peii pleriq̄ compulsi inuiti & coacti scipionis sentē-  
 tiam sequuntur: uti ante certam diem cesare exē-  
 citum dimittat. Si non faciat eum aduersus  
 rem pu. facturum uideri. Intercedit M. Antonius  
 & Cassius tunc tr. plebis: refertur confestim de in-  
 tercessione tribunorum: dicuntur sententie gra-  
 ues: ut quisq̄ acerbissime crudelissimeq̄ dixit. Ita q̄ ma-  
 xime ab inimicis cesaris collaudantur: misso ad ues-  
 perum senatu: omnes qui sunt eius ordinis a pom-  
 peio uocantur. Laudat pompeius atq̄ iposterū con-  
 firmat: segniores castigat atq̄ incitat. Multi undiq̄  
 ex ueteribus pompeii exercitibus: spe premiorum atque  
 ordinum euocantur: multi ex duabus legionibus que  
 sunt tradite a cesare accersuntur. Completur urbs  
 ad ius comitorum: tribunos plebis centurio euo-  
 cat. Omnes amici consulum necessarij pompeii atq̄  
 eorum qui ueteres inimicitias cum cesare gerebat.

.M. CALIDIUS.

.M. RUFVS.

 .M. ANTONIUS &  
 .Q. CASSIUS TVNC  
 tribuni plebis.

CENTVRIO.

in senatum coguntur. Quorum uocibus & concursu ter-  
rentur infirmiores dubii confirmantur. Plebilq; uo-  
libere decernendi potestas eripitur. Pollicetur. L. pi-  
so censor sese iturum ad cesarem. Item lucius roscus  
pretor qui de iis rebus eum doceant: sex dies ad eam  
rem conficiendam spatii postulabant. Dicuntur et  
a nonnullis sententiae: ut legati ad cesarem mit-  
tantur: qui uoluntatem senatus ei proponant. Omnibus  
iis resistitur. Omnibusq; oratio consulis scipionis  
& catonis opponitur. Catonem ueteres inimicitiae  
cesaris incitant & dolor & repulse. Lentulus eries  
alieni magnitudine & spe exercitus ac provincia-  
rum & regum appellandorum largitionibus moue-  
tur: seq; alterum fore sillam inter suos gloriatur  
ad quem summa imperii redeat. Scipionem ea-  
dem spes provinciae atq; exercituum impellit qd  
se pro necessitudine partiturum cum pompeio ar-  
bitratur: simul iudiciorum metus, adulatio atq;  
ostentatio sui & potentium qui in re pu. iudiciisq; tu-  
plurimum pollebant. Ipse pompeius ab inimicis ce-  
saris incitatus & quod neminem dignitate secum  
exequari uolebat: totum se ab eius amicitia auer-  
terat & cum comunibus inimicis ingratiam re-  
dierat: quorum ipse maximam partem illo af-  
finitatis tempore iunxerat cesari. Simul infam-  
ia duarum legionum permotus, quas ab iti-  
nere asie syriaeq; ad suam potentiam dominatunq;  
conuerterant: rem ad arma deduci studebat.  
His de causis aguntur omnia raptim atq; turba-  
te: nec docendi cesaris propinquus eius spatium dat.

L. PISO CENSOR.

L. ROSCIUS PRETOR.

C A T O.

LENTULVS.

S I L L A.

S C I P I O.

P O M P E I V S.

A S I A.

S Y R I A.

TRIBUNI PT.

Senatus consultū.

CONSULES.

RAVENNA.

IVBA REX.

nec tribunis pl. sui periculi deprecandi. neq. etiam extre-  
 mi iuris intercessionem retinendi. quod L. Sulla relique-  
 rat facultas attribuitur. sed de sua salute septimo die  
 cogitare coguntur: quod illi turbulentissimi superioribus  
 temporibus tr. pt. octo deniq. menses uariarum actionū  
 respicere ac timere consuerat. decurritur ad illud ex-  
 tremum atq. ultimum senatus consultum. quo nisi pe-  
 ne in ipso urbis incendio atq. in desperatione omniū  
 salutis latorum audacia nunq. ante discessum ē. det  
 operam consules. p. r. tribuni pt. quod omnes sunt  
 ad urbem. ne quid res pu. detrimenti capiat. Lex tū  
 perscribitur vii. idus Iōn. Itaq. v. primis diebus quibus  
 haberi senatus potuit. qua ex die consulatum inuit  
 lentulus biduo excepto comitali. & de imperio cesaris  
 & de amplissimis iuris tri. pt. grauissime acerbissimeq.  
 decernitur. Profugiunt statim ex urbe tribuni pt. sese  
 ad cesarem conferunt. Il eo tempore erat Rauennę.  
 expectabatq. suis lenissimis postulatis responsa. Si qua  
 hominum equitate res ad ocium deduci posset. Proxijs  
 diebus habetur extra urbem senatus. Pompeius eadez  
 illa que per Scipionem ostenderat agit. Senatus uir-  
 tutem constantiamq. collaudat. copias suas exponit.  
 Legiones habere sese paratas. x. Preterea cognitū com-  
 pertūmq. sibi alieno esse animo in cesarem milites. neq.  
 iis posse persuaderi. uti eum defendant aut sequantur.  
 De reliquis rebus ad senatum referatur. Tota Italia delec-  
 tus habeatur. faustus Sulla prope in mauritaniam mit-  
 tatur. pecunia uti ex exarato pompeio detur. Refert  
 etiam de rege iuba ut socius sit atq. amicus. Marcel-  
 lus uero passurum se in presentia negat. De fausto im-

pedit plus tr. pt. de reliquis rebus. s. c. perscribuntur. Pro-  
 uincie priuatis decernuntur duae consulares relique pre-  
 torie. Scipioni obuenit Syria. L. domitio gallia. P. bus &  
 cotta priuato consilio pretereuntur: neque eorum sortes  
 deiciuntur. In reliquas prouincias pretores mittunt.  
 Neque expectant: quod superioribus armis acciderat: ut  
 de eorum imperio ad populum feratur. Palludatque uo-  
 tis nuncupatis exeunt. Consules quod ante id tempus  
 accidit nunquam ex urbe proficiscuntur. Littoresque habe-  
 in urbe ex capitolio priuatim contra omnia uetusta-  
 tis exempla. Tota italia delectus habetur: arma im-  
 perantur: pecunie a municipiis exiguntur: etiam fa-  
 nis tolluntur: omnia diuina humanaque iura permis-  
 centur. Quibus rebus cognitis cesar apud milites  
 contionatur. Omnium temporum iniurias inimi-  
 corum in se commemorat: a quibus & inductum ac  
 deprauatum pompeium queritur inuidia atque obtra-  
 tatione laudis sue: cuius ipse honori & dignitati sem-  
 per fauerit: adiutorque fuerit. Nouum in re pu. introduc-  
 tum exemplum queritur: ut tribunitia intercessio ar-  
 mis notaretur atque opprimeretur: que superioribus an-  
 nis armis esset restituta. Cillam nudatum omnibus  
 rebus & tribunitia potestate: tam intercessionem libera  
 reliquisse. Pompeium ne dum qui amissa restituisse uidea-  
 tur: dona etiam que ante habuerint ademisse. Quoties-  
 cumque sit decretum darent operam magistratus ne quid  
 res pu. detrimenti caperet: qua uoce & quo senatus consul-  
 to populus ro. ad arma sit uocatus. Factum in perniciosis  
 legibus in u. tribunitia in secessione populi: templis locisque  
 edioribus occupatis. Atque hec superioris etatis exempla

Caesar apud milites  
 contionatur.

Intercessio.

expiata saturnini atq; gracchorum casus docet. Quarum rer;  
 illo tempore nihil factum nec cogitatum quidem nulla lex  
 promulgata non cum populo agi coeptum: nulla secessio fac-  
 ta. Hortatur cuius imperatoris ductu viii. annis re pu-  
 felicissime gesserint: plurimaq; prælia secunda fecerit: om-  
 nem galliam germaniamq; pacauerint: ut existimatio-  
 nem dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant  
 legionis xiii. quiq; aderant milites. hanc enim initio tu-  
 multus euocauerat. Reliquæ nondum conuenerat  
 sese paratos esse imperatoris sui tribunorumq; plebis  
 iniurias defendere. Cognita militum uoluntate. Ari-  
 minum cum ea legione proficiscitur: ibiq; tribunos  
 plebis qui ad eum confugerant conuenit. Reliquas  
 legiones ex hibernis euocat. & subsequi iubet. Eo L. ce-  
 sar adolescens uenit: cuius pater cesaris erat lega-  
 tus. Is reliquo sermone confecto cuius rei causa uene-  
 rat: habere se a pompeio ad eum priuati officij mada-  
 ta: demonstrat uelle pompeium se cesari purgatum: ne  
 ea que rei pu. causa egerit: in suam contumeliam uer-  
 tat. Semper se rei pu. commoda priuatis necessitatib;  
 habuisse potiora. Cesarem quoq; pro sua dignitate de-  
 bere & studium & iracundiam suam rei pu. dimittere:  
 neq; adeo grauiter irasci inimicis: ne cum illis nocere  
 se sperent rei pu. noceat. pauca eiusdem generis addit  
 cum excusatione pompeij coniuncta. Eadem fere atque  
 eisdem rebus pretor roscius agit cum cesare: sibi que  
 pompeium commemorasse demonstrat. Que res & si  
 nihil ad leuandas iniurias pertinere uidebantur: ta-  
 men idoneos nactus homines per quos ea que uellet  
 ad eum perferrentur. Petit ab utroq; qm pompeii

Responsio militū ad  
 caesarem.  
 Cesar proficiscitur  
 Ariminum.  
 L. Cesar mittitur a  
 pompeio ad .l. C.

Roscivs pretor.

mandata ad se detulerint: ne grauentur sua quoque ad eum postulata deferre. Si paruo labore magnas conuersas tollere: atque omnem italiam metu liberare possint. Reipublice sibi semper primam fuisse dignitatem uitaeque potiore: doluisse se quod pro beneficio sibi contumelia ab inimicis extorqueretur. ereptoque semestri imperio in urbem retraheretur. Cuius absentis rationem haberi proximis comitijs populus iussisset: tamen hanc iacturam honoris sui reipublice causa equo animo tulisse. cum litteras ad senatum miserit: ut omnes ab exercitijs discederent: ne id quidem impetrauisset tota italia delectus haberi: retineri legiones duas: quae ab se simulatione parthici belli sint abductae ciuitatem esse in armis: quoniam haec omnia nisi ad suam perniciem pertinere. Sed tamen ad omnia se paratum descendere atque omnia pati reipublice causa. Proficiscatur pompeius in suas prouincias. Ipsi exercitus dimittantur. Descendant in italia omnes ab armis: metus a ciuitate tollatur. Libera comitia atque omnis res publicae senatui populoque reipublice permittatur. Haec quoque facilius: certisque domitionibus fiant: & iureiurando sanciantur. Aut ipse propius accedat: aut ad se patiatum accedere. Fore uti per colloquia omnes controuersae componantur. Acceptis mandatis Roscius cum L. cesare capuam peruenit: ibique consules pompeiumque inuenit. Postulata cesaris renuntiat. Illi deliberata respondent: scriptaque ad eum mandata per eos remittunt. Quorum haec erat summa. Cesar in galliam reuerteretur. Arimino excederet: exercitus dimitteret. Quae si fecisset: pompeium in hispanias iturum.

Mittit. C. ad pompeium  
cum eisdem Legatis  
haec verba.

Verba pompeii atque consulum scripta ad C.

Interea quoad fides esset data: Cesarem facturum que-  
 polliceretur. non intermissuros consules pompeiumq;  
 delectus. Erat iniqua conditio postulare: ut Cesar  
 arimino excederet: atq; in prouinciam reuenteret:  
 uel ipsum & prouincias & legiones alienas tenere:  
 exercitum cesaris uelle dimitti: delectus habere: polli-  
 ceri se in prouinciam iturum: neq; ante quem diez  
 iturus sit diffinire: ut si peracto consulatu cesaris pos-  
 tea profectus non esset: nulla tamen mendacii reli-  
 gione obstrictus uideretur: tempus uero colloquio  
 non dare: neq; accessurum polliceri pagnam pacis des-  
 perationem afferebat. Itaq; ab Arimino M. antoniū  
 cum cohortibus quinq; Aretium mittit. Ipse arimini cū  
 duabus legionibus substitit: ibiq; delectum habere in-  
 stituit: pisaurum: Fanum: Anconam singulis cohor-  
 tibus occupat. Interea certior factus Tignium Thermū  
 p. ro. cohortibus quinq; tenere opidum munire om-  
 niūmq; esse tigninorum optimam erga se uolunta-  
 tem Curionem cum tribus cohortibus quas pisauri  
 & Arimini habebat mittit: Cuius aduentu cognito  
 diffissus municipij uoluntate Thermus cohortes ex  
 urbe educit & profugit. Milites in itinere ab eo dis-  
 cedunt ac domum reuertuntur. Curio summa om-  
 nium uoluntate Tignium recipit. Quibus rebus  
 cognitis: confusus municipiorum uoluntatibus ce-  
 sar: cohortes Legionis xiii. ex presidijis deducit: Au-  
 ximumq; proficiscitur: quod opidum Acius cohorti-  
 bus introductis tenebat: delectumq; toto piceno cir-  
 cūmissis senatoribus habebat. Aduentu cesaris co-  
 gnito: decuriones auximi ad Actium uarū frequē-

A R E T I V M .

A U X I M V M .

tes conueniunt. Docent sui iudicii rem non esse: neq; se  
 neq; reliquos municipales pati posse. C. cesarem impera-  
 torem bene de re pu. meritum tantis rebus gestis opi-  
 do mēnibusq; prohiberi proinde hanc rationem pos-  
 teritatis & periculi sui. Quorum oratione permotus  
 varus. presidium quod introduxerat ex opido edu-  
 cit ac profugit. Hunc ex primo ordine pauci cesaris  
 consecuti milites consistere coegerunt. Commisso p-  
 lio. deseritur a suis uarus. Non nulla pars militum  
 domum discedit. Reliqui ad cesarem perueniunt. Atq;  
 una cum iis deprehensus. L. pupius primipili centurio  
 adducitur: qui hunc eundem ordinem in exercitu  
 pompeii antea duxerat. At cesar milites acianos  
 collaudat. pupium dimittit. Auximatibus agit  
 gratias. seq; eorum facti memorem fore pollicetur.  
 Quibus rebus Romam nuntiatis: tantus repente  
 terror inuasit: ut cum lentulus consul ad aperiē-  
 dum erarium uenisset: ad pecuniamq; pompeio  
 ex lenatu proferendam protinus aperto sanctiore  
 erario ex urbe profugeret. Cesar enim aduentare  
 iam iamq; adesse eius equites falso nuntiabat.  
 Hunc marcellus collega & pleriq; magistratus consecuti  
 sunt. Cn. pompeius pridie eius diei ex urbe profectus  
 iter ad ad legiones habebat: quas a cesare acceptas  
 in apulea hibernorum causa disposuerat: delectus  
 intra urbem intromittuntur. Nihil citra capuam  
 tutum esse omnibus uidetur. Capus primum esse  
 confirmant & colligunt: delectumq; colonorum q;  
 lege iulia capuam deducti erant habere institunt.  
 Gladiatoresq; quos ibi cesar in ludo habebat ad forū

sanctiore erario.

CAPVA.



productos lentulus libertati confirmat: atq; iis quos at-  
 tribuit & se sequi iussit. Quos postea monitus ab suis:  
 quod ea res omnium iudicio reprehendebatur. circū  
 familiares conuentus campanie custodie causa dis-  
 tribuit. Auximo cesar progressu omnem agrum pi-  
 cenum percurrit. Cuncte earum regionum prefec-  
 ture libentissimis animis eum recipiunt: exerci-  
 tumq; eius omnibus rebus iuuant. Etiam cingulo  
 quod opidum labienus constituerat: suaq; pecunia  
 exedificauerat: ad eum legati ueniunt: queq; im-  
 perauerit se cupidissime facturos pollicetur. milites  
 imperat: mittunt. Interea legio xii. cesarem conse-  
 quitur: cum iis duabus asculum picenum proficis-  
 citur. Id opidum lentulus spinter x. cohortibus te-  
 nebat. Qui cesaris aduentu cognito profugit ex opi-  
 do: cohortesq; secum adducere conatus a magna pā-  
 te militum deseritur. Relictus in itinere cum pau-  
 cis incidit in bibulium rufum missum a pompeio  
 in agrum picenum confirmandorum hominū  
 causa. A quo factus bibaculus certior que res in pi-  
 ceno gererentur: milites ab eo accepit: ipsum dimit-  
 tit. Item ex finitimis legionibus quas potest contra-  
 hit cohortes ex delectibus pompeianis. In his came-  
 rinum fugientem in uallem articam sex cohortib;  
 quas ibi in presidio habuerat excipit. Quibus coac-  
 tis xiii. efficit: cum ad domitium aenobarbum cor-  
 finium magnis itineribus peruenit. Cesaremque  
 adesse cum duabus legionibus pronuntiat. Domi-  
 tius per se circiter xx. cohortes ex alba & marsis et  
 pelignis & finitimis ab regionibus coegerat. Recepto

prefecture:

DOMITIVS.

A S C V L V S .

C. it corfinium.

asculo: expulsoq; lentulo. Cæsar conquiri milites qui ab  
 eo discesserant: delectumq; institui iubet. Ipse unū diē  
 ibi rei frumentarię causa moratus corfinium contendit.  
 Eo cum uenisset: cohortes quinq; præmissę a domitio ex  
 opido pontem fluminis interrumpēbant qui erant abo-  
 pido milia passuum circiter tria. Ibi cum antecur-  
 soribus cæsaris prælio commisso: celeriter domitiani a  
 ponte repulsi se in opidum receperunt. Cæsar legioni-  
 bus traductis ad opidum constitit: iuxtaq; murum  
 castra posuit. Re cognita domitius ad pompeum in  
 apuleam peritos regionum magno proposito premio cū  
 litteris mittit: qui petant atq; orent: ut sibi subueniat.  
 Cæsarem duobus exercitibus & locorum angustiis facile  
 intercludi posse: frumentaq; prohiberi. Quod nisi fecerit:  
 se cohortesq; amplius xxx. magnūmq; numerum sena-  
 torum atq; equitum eo in periculum esse uenturū. Inte-  
 rim suos cohortatus tormenta in muris disponit: cer-  
 tasq; cuiq; partes ad custodiam urbis attribuit: mili-  
 tibus in contione agros ex suis possessionibus pollicet  
 xl. in singulos iugera: & pro rata parte centurionibus  
 euocatisq;. Interim cæsari nuntiatur Sulmonenses qđ  
 opidum a corfinio vii. milium intervallo abest cupē-  
 re ea facere que uellet. Sed a Q. Lucio senatore & acio  
 pelignio prohiberi qui id opidum vii. cohortium præsidio  
 tenebāt. Mittit eo M. antonium cum legionibus  
 viii. cohortibus v. Sulmonenses simul atq; nostra sig<sup>a</sup>  
 uiderunt: portas aperuerunt: uniuersiq; & opidani  
 & milites obuiam gratulantes antonio exierūt. Luc-  
 tetius & acius de muro se deiecerunt. Acius ad an-  
 tonium deductus petit ut ad cæsarem mitteretur.

Sulmonenses.

LUCIUS &  
ACIUS.

Antoniū cum cohortibus & acio eodem quo profectus erat  
 reuertitur. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo coniū-  
 xit: aciumq; incolumern dimittit. Cæsar primis dieb;  
 castra magnis operibus munire ex finitimis municipiis  
 fumentum comportare: reliquaſq; copias expectare institu-  
 it. Eo triduo legio viii ad eum uenit: cohortesq; ex nouis gal-  
 lie delectibus xxii: equitesq; a Rege norico circiter ccc. Quo- REX NORICVS.  
 rum aduentu altera castra ad alteram opidi partē poſt.

His castris curionem prefecit. Reliquis diebus opidum ual-  
 lo castellisq; circūuenire instituit. Cuius operis maxia  
 parte effecta eodem fere tempore missi ad pompeius  
 reuertuntur. Litteris perlectis domitius dissimulans  
 in concilio pronuntiat pompeium celeriter subsidio  
 uenturum: hortaturq; eos ne animo deficient: queq;  
 usui ad defendendum opidum sint parent. Ipse ar-  
 chane cum paucis familiaribus suis colloquitur: cō-  
 siliumq; fugæ capere constituit. Cum uultus domitii  
 eum oratione non consentiret: atq; omnia trepidā-  
 tius timidiuſq; ageret: qm̄ superioribus diebus consu-  
 esset: multumq; cum suis conciliandi causa secreto præ-  
 ter consuetudinem colloqueretur: concilia conuētusq;  
 hominū fugeret: res diutius regi dissimulariq; non po-  
 tuit. Pompeius enim rescripserat sese rem in summū  
 periculum non esse deducturum: neq; suo consilio aut  
 uoluntate domitium se in opidum corfinium con-  
 tulisse. Proinde si qua fuisset facultas: ad se cum om-  
 nibus copiis ueniret. Id ne fieri posset: obsidione atq;  
 opidi circūmunitione fiebat. Diuulgato domitij con-  
 silio: milites qui erant corfinii primo uesperis secessi-  
 onem faciunt: atq; ita inter se per tribunū militū

centurionesq; atq; honestissimos sui generis colloquunt. Ob-  
 sideri se a cesare opera munitionesq; prope esse perfectas  
 ducem suum domitium: cuius spe atq; fiducia perman-  
 serint: proiectis omnibus fugę consilium capere debet se-  
 sue salutis rationem habere. Ab iis primo marsi dissentire  
 incipiunt: eamq; opidi partem que munitissima uideretur  
 occupant: tantaq; inter eos dissensio extitit: ut ma-  
 num conserere atq; armis dimicare conentur. Post  
 paulo tamen internuntijs ulro citroq; missis que ignora-  
 bant: de L. domitij fuga cognoscunt. Itaq; omnes uno cõ-  
 silio domitium productum in publicum circũsistunt &  
 custodiunt: legatosq; ex suo numero ad cesarem mittunt:  
 sese paratos esse portas aperire: queq; imperauerit face-  
 re & lutium domitium uiuum in eius potestatem tra-  
 dere. Quibus rebus cognitis cesar & si magni interesse  
 abitrabatur q̄ primum opido potiri: cohortesq; ad se in-  
 castra traducere: nequa aut largitionibus aut animi  
 confirmatione: aut falsis nuntijs commutatio fieret uo-  
 luntatis: quod sepe in bello paruis momentis magni  
 casus intercederent: tamen ueritus ne militum in-  
 troitu & nocturni temporis licentia opidum diriperetur:  
 eos qui uenerant collaudat: atq; in opidũ di-  
 mittit: portas murosq; asseruari iube. Ipse his operibus  
 que facere instituerat milites disponit. Non certis spa-  
 tijs intermissis: ut erat superiorum dierum consuetu-  
 do: sed perpetuis uigijs stationibusq; ut contingant  
 inter se ac omnem munitionem expleant tr. militũ  
 & præ circũmittit atq; hortatus non solum ut ab  
 eruptionibus caueant: sed etiam singulorum hominũ  
 occultos exitus obseruent: neq; eo tam remisso ac lan-

C. prudenter.

quido animo quisq; omnium fuit: qui ea nocte conque-  
 uerit. Tanta erat summa atq; rerum expectatio: ut nul-  
 lus in aliam partem mente atq; animo traheretur: qd  
 ipsis confinensibus: quid lentulo: quid domitio: quid re-  
 liquis accideret: qui quosq; euentus exciperent. Quar-  
 ta uigilia circiter Lentulus spinter de muro cum uigiliis  
 custodibusq; nostris colloquitur. uelle si sibi fiat potes-  
 tas cesarem conuenire. Facta potestate ex opido mit-  
 titur: neq; ab eo prius domitiani milites discedunt: q  
 in conspectum cesaris deducatur. Cum eo de salute  
 sui orat atq; obsecrat ut sibi parcat: ueteremq; ami-  
 citiam comemorat: Cesariq; in se beneficia exponit: q  
 erant maxima: quod per eum in collegium pontificum  
 uenerat: quod prouinciam hispaniam ex pretura ha-  
 buerat: quod in petitione consulatus erat subleuatus:  
 cuius orationem cesar interpellat se non malefici ca-  
 usa ex prouincia egressum: sed uti se a contumeliis mi-  
 micorum defenderet: ut tr. pl. in ea re exciuitate ex-  
 pulsos in suam dignitatem restitueret: ut se & populū  
 ro. factione paucorum oppressum libertati uindicaret.  
 Cuius oratione confirmatus lentulus: ut in opidum  
 reuerti liceat: petit quod de sua salute impetrauerit: fo-  
 re etiam reliquis ad suam spem solatio. Adeo esse pertēri-  
 tos nonnullos: ut sus uite durius consulere cogatur.  
 Facta potestate discedit. Cesar ubi illuxit omnes senato-  
 res: senatorumq; liberos: tr. militum: equitesq; ro. ad  
 se produci iubet. Erant quinquaginta ordines. L. do-  
 mitius. P. Lentulus spinter. L. cecilius spinter. Rufus  
 sextus quintilius uarus questor. L. lubrius: preterea  
 filius domitii: aliq; complures adolescentes: & magnus

VIGILIIS.

numerus equitum ro. & decurionum quos ex municipiis  
 domitius euocauerat. Hos omnes productos a contume-  
 liis conuiuijsq; militum prohibet: pauca apud eos loqui-  
 tur: quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro-  
 suis in eos maximis beneficijs dimittit omnes inco-  
 lumes. Aurum quod aduexerat domitius atq; i pu-  
 blico deposuerat allatum ad se ab iis uiris corfiniensibus  
 domitio reddit: ne continentior in uita hominū  
 q̄ in pecunia fuisse uideatur: & si eam pecuniam pu-  
 blicam esse constabat: datamq; a pompeio in stipēdiū.  
 milites domitianos sacramentum apud se dicere iu-  
 bet: atq; eo die castra mouet: iustumq; iter conficit.  
 VII. omnino dies ad corfinium commoratus & per fi-  
 nes marutinorum: ferentanorum: & lacinatum i  
 apuleam peruenit. Pompeius his rebus cognitis que  
 erant ad corfinium gessit: Luceriam proficiscitur:  
 canusium atq; inde brundisium copias undique  
 omēs ex nouis delectibus ad se cogi iubet: seruos  
 pastores armat: atq; iis equos attribuit: ex iis circi-  
 ter CCC. equites conficit. L. manilius pretor albam  
 cum cohortibus sex profugit. Rutilius lupus pretor  
 tarracinam cum tribus: Que procul comitatū cae-  
 saris conspicate cui preerat biuius curius: relicto  
 pretore signa ad curium transferunt atq; ad eū trā-  
 seunt. Item reliquis itineribus non nulle cohortes  
 in agmen cesaris alie in equites incidunt. Reduci-  
 tur ad eum deprehensus ex itinere C. magius cre-  
 mone prefectus fabrum C. pompeii quem cesar ad  
 eum mittit cum mandatis: qm̄ ad id tempus fa-  
 cultas colloquendi non fuerit: atq; ad se brūdisiū

Iustum iter.

Caesar in Apuleam  
peruenit.

LVCEARIA.

POMPEIUS VENIT  
BRUNDISIUM.

Cesar mittit ad pom-  
peium de pace.

sit uenturus: interesse rei pu. & communis salutis  
 causa secum pompeio colloqui: neq; uero idem perfici  
 a longo itineris spatio cum per alias conditiones  
 ferantur: ac si coram de omnibus conditionibus  
 disceptetur. His datis mandatis: brundisium cū  
 legionibus vii. peruenit: veteranis tribus: atq; re-  
 liquis quas ex nouo delectu confecerat: atq; itine-  
 re compleuerat: Domitianas enim cohortes protin-  
 a corfinio in siciliam miserat. Reperit consules dyra-  
 drium profectos cum magna parte exercitus: Pompeiū  
 remanere brundisii cum cohortibus xx. neq; certum  
 inueniri poterat obtinendi: ne brundisii causa ibire-  
 mansisset: quo facilius iam adriaticum mare extremis  
 italie partibus regionibusq; grece in potestate haberet.  
 Atq; ex utraq; parte bellum administrare posset. An in-  
 opia nauium ibi restitisset. Veritusq; ne ille italiam  
 dimittendam non existimaret: exitus administra-  
 tioneq; brundisii portus impedire instituit. Quo-  
 rum operum hec erat ratio. Qua fauces erant agul-  
 tissime portus: moles atq; aggerem ab utraq; parte  
 litoris iaciebat: quod iis locis erat uadosum mare:  
 longius progressus cum ager altiore aquam conti-  
 nere non posset: rates duplices quoquo uersus per xxx.  
 eregione molis collocabat: has quaternis anchoris  
 ex quattuor angulis destinabat: ne fluctibus moue-  
 rentur. His perfectis collocatisq; alias deinceps pari  
 magnitudine rates iungebat: has terra atq; aggere  
 contegebat: ne aditus atq; incursus ad defendendū  
 impediretur: a fronte atq; ab utroq; latere cratibus  
 ac pluteis protegebat. In quarta quam earum turres

Caesar Brundisium  
 peruenit.

Ratio munitionis

pompeius brundisij  
obsidetur a cesare.

binorum tabulatorum excitabat: quo commodius ab impetu nauium incendijsq; defenderet. Contra h<sup>is</sup> pompeius naues magna onerarias qual in portu brundisino deprehenderat adornabat: ibi turres cum terris siue tabulatis erigebat: easq; multis tormentis ex omni genere telorum completas ad opera cesaris appellabat: ut rates percurreret atq; opera disturbaret. Sic utriq; quotidie eminus fundis sagittis reliquisq; telis pugnabatur. Atq; hec cesar ita administrabat: ut conditiones pacis dimittendas non existimaret: tam & si magnopere admirabatur magium quem ad pompeium cum mandatis miserat ad se non remitti. Atq; ea res sepe temptata & si impetus eius consiliaq; tardabat: tamen omnibus rebus in eo perseverandū putabat. Itaq; canium rebilum legatum familiare necessariumq; scribonio liboni mittit: ad eum colloqui causa mandat: ut libonem de concilianda pace hortetur: imprimis ut ipse colloqueretur pompeio postulat: magnopere sese confidere demonstrat: si eius rei sit potestas facta fore ut equis conditionibus ab armis discedatur: cuius rei magnam laudem atq; existimationis ad libonem peruenturam: si illo auctore atq; agente ab armis sit discessum. Libo a colloquio canii digressus ad pompeium proficiscitur: paulo post renuntiat quod consules absint: sine illis non posse agi de compositione. Ita rem sepius frustra temptatā cesar aliquando dimittendam iudicat: & de bello agendum prope dimidia parte operis a cesare effecta: diebusq; in ea re consumptis nouem: naues a consulis dirachio remis-

Cesar ad pompeium iter  
mittit de pace.

Responsio pompeii.



se que priorem partem exercitus eodem portauerant brū-  
 dusium reuertuntur. Pompeius siue operibus cesaris per-  
 motus siue etiam quod ab initio italia excedere constitu-  
 erat aduentu nauium profectionem parare incipit. & q̄  
 facilius impetum cesaris tardaret ne sub ipsa profectio-  
 ne milites opidum irrumperent: portas obstruit: uicos  
 plateasq; in edificat: ac fossas transfuersas uis perducit:  
 atq; ibi sudes stipitesq; preacutos defigit. Hec leuibus cra-  
 tibus terraq; insequat. Aditus autem atq; itinera duo  
 que extra murum ad portum ferebant maximis de-  
 fixis trabibus: atq; eis preacutis presepit. His paratis rebus:  
 milites silentio naues conscendere iubet: expeditos au-  
 tem euocatis sagittariis funditoribusq; rarosq; in muris tur-  
 ribusq; disponit. hos certo signo reuocare constituit. Cū  
 omnes milites naues conscendissent: atq; iis expedito  
 loco actuaria nauigia relinquit. Brundusini pompe-  
 ianorum militum iniuriis atq; ipsius pompeii contume-  
 liis permoti: cesaris rebus fauebant. Itaq; cognita pom-  
 peii profectio concursantibus illis atq; in ea occupa-  
 tis uulgo extectis significabat. Per quos re cognita: ce-  
 sar scapas parari: militesq; armari iube: nequam rei ge-  
 rende facultatem dimittat. Pompeius sub noctem na-  
 ues soluit. Qui erant in muro custodie causa colloca-  
 ti: eo signo quo conuenerant reuocantur: noctisq; itine-  
 ribus ad naues decurrunt. Milites positos scapis muros  
 ascendunt: sed moniti a brundusinis: ut uallum cecū  
 fossasq; caueant subsistunt: & longo itinere ab iis circū-  
 ducti ad portum perueniunt: duasq; naues cum mi-  
 litibus que ad moles cesaris adheferant: scaphis lintri-  
 busq; deprehendunt: deprehensas accipiunt. Cesar

*Actuaria nauigia.*

*Lintribus.*

& si ad spem conficiendi negotii maxime probabat: coactis  
 nauibus transire mare & pompeium sequi priusq̄ ille  
 sese transmarinis auxilijs confirmaret: tamen eius rei  
 moram temporisq̄ longinquitatem timebat: quod  
 omnibus coactis nauibus pompeius presentem facultatē  
 insequendi sui ademerat. Relinquetatur ergo ut ex lō-  
 ginquioribus regionibus galliæ picenijs & africa naues ef-  
 sent expectande: sed id propter anni tempus longum  
 atq̄ impeditum uidebatur. Interea ueterem exercitum  
 duas hispanias confirmari: quarum erat altera maxis  
 beneficijs pompeii deuincta: auxilia equitatum parari gal-  
 liam italiãq̄ temptari se absente nolebat. Itaq̄ in prefe-  
 tia pompeii sequendi rationem obmittit. In hispaniã pro-  
 ficisci constituit: dum uiris municipiorum omniũ im-  
 perat: ut naues conquirant: brundusiuinq̄ deducēdas  
 curent: mittit in Sardiniam cum legione una Valeriũ  
 legatum: in Siciliam Curionem propret. cum legione  
 iii. Eundem cum Siciliam recepisset: protinus in afri-  
 cam transducere exercitum iubet. Sardiniam obti-  
 nebat. M. cotta. Siciliam. M. cato. Africam forte Tu-  
 bero obtinere debebat. Caralitani simul ad se ualeri-  
 um mitti audierunt: non dum profecto ex italia sua  
 sponte cottam ex opposito eiiciunt. Ille perterritus quod  
 om̄em prouinciam consentire intelligebat: ex Sardini-  
 a in africanam profugit. Cato in Sicilia nauis longas  
 ueteres reficiebat: nouas ciuitatibus imperabat. Hec  
 magno studio peragebat. In lucanis brutiisq̄ per legatos  
 suos ciuium romanorum delectus habebat. Equitũ pe-  
 ditũq̄ certum numerum a ciuitatibus in Sicilia exi-  
 gebat. Quibus rebus pene perfectis: aduentu curionis

SARDINIA.

SICILIA.

M. CATO.

TUBERO.

CURIO.

cognito. queritur in contione se proiectum ac proditum  
 a Cn. pompeio qui omnibus rebus imperatissimis non ne-  
 cessarium bellum suscepisse & ab se reliquisq; in senatu inter-  
 rogatus omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confir-  
 mauisset. Hec in contione questus exprovincia profu-  
 git. Nacti uacuas ab imperiis Sardiniam ualerius cu-  
 rio Siciliam cum exercitibus eo perueniunt. Tubero  
 cum in africam uenisset inuenit in prouincia cum  
 imperio adium uarum qui ad Auximum ut supra  
 demonstrauius amissis cohortibus protinus ex fuga  
 in africam peruenerat atq; eam sua sponte uacuum occu-  
 pauerat. Delectiq; habito duas legiones effecerat hominū  
 & locorum notitia & usu eius prouinciae nactus aditus  
 ad ea conanda quod paucis ante annis ex pretura eā  
 prouinciam obtinuerat. Hic uenientem uticam cum na-  
 uibus tuberonem portu atq; opido prohibe. neq; affectū  
 ualitudine filium exponere in terram patitur. sed subla-  
 tis anchoris excedere eo loco cogit. His rebus cognitis cae-  
 las ut reliquum tempus a labore intermittere mili-  
 tes in proxima municipia deducit. Ipse ad urbem pro-  
 ficiscitur. Coacto senatu iniurias inimicorum comē-  
 morat. Docet se nullum extraordinarium honore ap-  
 petisse sed expectato legitimo tempore consulatus eo fu-  
 isse contentum quod omnibus ciuibus pateret latū  
 ab tr. pl. contradicentibus inimicis. Catonem uero acer-  
 rime repugnantem & pristina consuetudine dicendi  
 mora diem extrahentem ut sui ratio absentis haberetur.  
 ipso consule pompeio qui si improbasset cur ferre passus  
 esset si probasset cur se uti populi beneficio prohibuisse.  
 patientiam proponit suam: cum de exercitibus dimit-

Queritur cato de  
 pompeio.

Cesar Romam pro-  
 ficiscitur.

Extraordinarium.

Verba .C. ad senatū.

tendis ultra postulauisset: in quo iacturam dignitatis  
atq; honoris ipse facturus esset acerbitatem inimicorū  
docet quid quod ab altero postularent in se reculerent:  
atq; omnia permisceri mallerent q̄ imperium exercitūq;  
dimittere iniuriam ab eripiendis legibus predicat: cru-  
delitatem & insolentiam in circūscribendis tr. pt. condi-  
tiones ad se latas: expetita colloquia & denegata cōme-  
morat. Pro quibus rebus orat ac postulat: ut rem pu-  
suscipiant: atq; una secum administrarent. Sin timore  
diffugiant: illi se oneri non defuturum & per se rem pub.  
administraturum. Legatos ad pompeium de composi-  
tione mitti oportere: neq; se reformidare quod in senatu  
pompeius paulo ante dixisset ad quos legati mitteren-  
tur: iis auctoritatem attribui: timoremq; eorum qui  
mitterent significari tenuis atq; infirmi hęc animi ui-  
deri. Se uero ut opibus antea stauerit: sic iustitia &  
equitate uelle superare probat rem senatus de mittendis  
legatis: sed qui remitterentur non reperiebantur: ma-  
ximēq; timoris causa pro se quisq; id munus legationis  
recusabat. Pompeius enim discedens ab urbe in sena-  
tu dixerat eodem se habiturum loco qui Romę remā-  
sissent: & qui in castris cesaris fuissent. Sic triduiū dis-  
putationibus excusationibusq; extrahitur. Subiicitur  
etiam L. metellus tr. pt. ab inimicis cesaris qui hanc  
rem distrahat: reliquasq; res quascunq; instituerit  
impediat. Cuius cognito consilio cesar frustra dieb;  
aliquot consumptis: ne reliquum tempus omittat  
infectis iis que agere destinauerat: ab urbe proficisci-  
tur: atq; in interiorem galliam peruenit. Quo cum  
uenisset: cognoscit missum a pompeio rubeliū rufum

Cesar Roma discedes  
in gallia peruenit.

quem paucis ante diebus cōfinio captum dimiserat ipse  
 prefectum. Item domitium ad occupandum massiliā  
 nauibus aduariis septem: quas sicilię & sardinie priua-  
 tis coactas seruis liberis colonis suis compleuerat: premis-  
 sos etiam legatos massilienses domum nobiles adolesce-  
 tes: quos ab urbe discedens pompeius erat adhortatus:  
 ne noua cesaris officia ueterum suorum beneficiorum  
 in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis accep-  
 tis: massilienses portas cesari clausurunt: albicos bar-  
 baros homines qui in eorum fide antiquitus erant: &  
 montes supra massiliam incolebat ad se uocauerant:  
 frumentum ex finitimis regionibus atq; in omnibus  
 castellis in urbem conuexerant: armorum officinas  
 in urbe instituerant: muros portasq; etiam refecerant.  
 Euocat ad se cesar massiliensium primos: cum iis agit  
 ne initium inferendi belli ab massiliensibus oriatur:  
 debere eos italie totius auctoritatem sequi: potiusq; uni-  
 us hominis uoluntati obtemperare. Reliqua quae  
 ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur  
 commemorat: Cuius orationem legati domum re-  
 ferunt atq; ex auctoritate h̄ cesari renuntiant. Intel-  
 ligere se diuisum esse populum ro. in duas partes: neq;  
 sui iudicii: neq; suarum esse uirium discernere utra  
 pars iustiore habeat causam. Principes uero earum  
 esse C. pompeium & C. cesarem patronos ciuitatis.  
 Quorum alter agros uolgarum: trecomicorum: & iluorū  
 publice iis concesserit: alter bello uictas gallias attri-  
 buerit: uectigaliaq; auxerit. Quare paribus eorum  
 beneficiis: parem se quoq; uoluntatem tribuere debere:  
 & neutrum eorum contra alterum iuuare: aut urbe

MASSILIA.

massilienses.

Domitius uenit  
massiliam.

ac portibus recipere. Hec dum inter eos aguntur: do-  
mitius nauibus massiliam peruenit: atq; ab iis recep-  
tus urbi preficitur: summa ei belli administrandi per-  
mittitur. Eius imperio classem quoq; uersus dimittunt:  
onerarias naues quas ubiq; possunt deprehendunt: atq;  
in portum deducunt: parum clauis aut materia atq;  
armamentis instructas ad reliquas armandas reficiendasq;  
utuntur. Frumenti quod inuentum est in publicum conferunt.  
Reliquas merces commeatus que ad obsidionem urbis  
accidant reseruant. Quibus iniuriis permotus caesar:  
legiones tres massiliam adducit. Turres uineasq;  
ad expugnationem urbis agere naues longas aelate  
numero xii. facere instituit. Quibus effectis armatisq;  
diebus xxx. a qua die materia cesa est: adductisq;  
massiliam: iis D. brutum prefecit. C. trebonium  
legatum ad oppugnationem massilie reliquit. Dum hi parat  
atq; administrat: C. fabium legatum cum legionibus  
tribus: quas narbone circūq; ea loca hiemandi  
causa disposuerat in hispaniam premit: celeriterq;  
saltus pireneos occupari iubet: qui eo tempore ab L.  
afranio legato presidio tenebantur. Legiones reliquas  
que longius hiemabant subsequi iuba. Fabius ut erat  
imperatum adhibita celeritate presidium ex saltu deiecit:  
magisq; itineribus ad exercitum afranii contendit. Aduentu  
L. bibuli rufi quem a pompeio missum in hispaniam  
demonstratum est. Afranius & petreius et varro legati  
pompeii: quorum unus in hispania citiorem a saltu  
castulonensi ad anam duabus

C. FABIVS.

pirenei montes.

L. AFRANIUS.

Saltus Castulonensis.

legionibus tertius ad anābetonum agrum lusita-  
 niamq; pari numero legionum obtinebat. officia  
 inter se partiuntur: uti petreius ex lusitania perū-  
 tones cum omnibus copiis ad afranium proficilca-  
 tur. Varro cum iis quas habebat legionibus omēm  
 ulteriorem hispaniam tueatur. His rebus constitu-  
 tis equites auxiliag; totius lusitanię a petreio celti-  
 beris cantabris barbarisq; omnibus qui ad oceanū  
 pertinent ab afranio imperantur. Quibus coac-  
 tis celeriter petreius per uectones ad afranium  
 peruenit: constituuntq; communi consilio bellū  
 ad ilerdam propter ipsius loci opportunitatē ge-  
 nere: erant ut supra demonstratum est legiones  
 afranii tres: petreii duę. Preterea scutate citerioris  
 provincię & cetratę ulterioris hispanię cohortes  
 circiter Lxx. equitumq; utriusq; provincię circiter  
 v. milia. Cęsar legiones in hispaniam premiserat  
 ad sex milia auxilia peditum: equitum iii. milia om-  
 nibus superioribus bellis habuerat: & parem ex gal-  
 lia numerum quam ipse pacauerat nominatim ex  
 omnibus ciuitatibus nobilissimo quoq; euocato huc  
 optimi generis hominum ex aquitanis montanisq;  
 qui galliam provinciā attingunt: postq; audierat  
 pompeium per mauritaniam cum legionibus iter  
 in hispaniam facere confestimq; esse uenturum si-  
 mul a tr. militum centurionibusq; mutuas pecu-  
 nias sumpsit: has exercitui distribuit. Quo facto  
 duas res consecutus est: quod pignore animos cę-  
 turionum deuinxit: & largitione militum uolun-  
 tates redemit. Fabius finitimarum ciuitatum

LUSITANIA.  
 officia inter se partiuntur.  
 P E T R E I U S .

V A R R O .

LUSITANIA.  
 Celtiberia.  
 Cantabria.

I L E R D A .

animos litteris nuntiisque temptabat. In Sicore flumine  
pontes effecerat duos distantes inter se milia passuum  
quattuor. iis pontibus pabulatum mittebat. quae ea  
que citra flumen fuerant diebus superioribus con-  
sumpserat. hoc idem fere atque eadem de causa pom-  
peiani exercitus duces faciebant. crebroque inter se  
equestribus preliis contendebant. Huc cum quotidia-  
na consuetudine congressis pabulatoris presidio pro-  
prio legiones fabianae duae flumen transirent. im-  
pedimenta quoque & omnis equitatus sequeretur. subito  
iumentorum & aquae magnitudine pons est inter-  
ruptus. & reliqua multitudo equitum interclusa.  
Quo cognito a petreio & afranio ex aggeribus atque cratibus  
que a flumine ferebantur. celeriter suo ponte afro-  
nium quem opido castrisque coniunctum habebat. legi-  
ones quattuor equitatumque omnem traiecit. dua-  
busque fabianis occurrit legionibus. Cuius aduentu  
nuntiato. L. plancus qui legionibus preerat. necessa-  
ria re coactus. locum capit superiorem. diuersamque aci-  
em in duas partes constituit. ne ab equitatu circiue-  
niri posset. Ita congressus impari numero magnos im-  
petus legionum equitatusque sustinet. Commisso ab eq-  
tibus prelio. signa legionum duarum procul ab utrisque  
conspiciuntur. quas C. fabius ulteriore ponte subsidio  
nostris miserat. suspicatus fore id quod accidit. ut duces  
adversariorum occasione & beneficio fortunae ad nostros  
opprimendos uterentur. Quarum aduentu prelium  
dirimitur. ac suas uterque legiones reducit in castra. Fo-  
biduo cesar cum equitibus decem. quos ibi presidio reli-  
querat. in castra peruenit. Pons qui fuerat. tempes-



tate interruptus pene erat relictus. Hunc noctu perfici iussit. Ipse cognita locorum natura ponti castrisque presidio cohortes reliquit. atque omnia impedimenta. & postero die omnibus copiis triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur. & sub castris afranii constitit. & ibi parumper sub armis moratus facit equo loco pugnandi potestatem. potestate facta afranius copias educit. & in medio colle sub castris constitit. Cæsar ubi cognouit afranium stare quod minus prelio dimicaretur. ab infimis radicibus montis intermissis circiter passibus cccc. castra facere constituit. & ne in opere faciundo milites repentino hostium incursum exterrerentur atque opere prohiberentur uallo muniri uetuit. quod eminere & procul uideri necesse erat. Sed a fronte castra contra hostem passuum xv. fossam fieri iussit. Prima & secunda acies in armis ab initio constituta erat permanebat. Post hoc opus in occulto a tertia acie fiebat. Sic omne prius est perfectum quam intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub uesperum cæsar intra hanc fossam legiones reducit. atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit. postero die omnem exercitum intra fossam cõtinuit. & quod longius erat agger petendus in presentiam similem rationem operis instituit. Singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda. fossasque ad eandem magnitudinem perfici iubet. reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius petreiusque terrendi causa atque operis impediendi copias suas ad infimas montis radices produciunt. et prelio lacesserunt. Neque idcirco cæsar opus intermittit confusus presidio legionum tertia & munitione fosse. Illi non diu commorati. nec longius ab infimo colle pro-

AFRANIUS.

CÆSAR.

gressi copias in castra reducunt. Tertio die cesar uallo castra communit. Reliquas cohortes quas in superioribus castris reliquerat impedimentaq; ad se traduci iube. Erat in opido Herda & proximo colle ubi castra petreius atq; afranius habebant planities circiter pass. ccc. atq; fere in hoc medio spatio tumulus erat paulo editior. Quem si occupasset cesar & communiisset ab opido a ponte & comineatu omni quem in opidum contulerant se interclusurum aduersarios confidebat. hoc sperans legiones iii. ex castris educit. acieq; in locis idoneis structa unius legionis antesignarios procurrere atq; eum tumulum occupare iube. Quare cognita: celeriter que in statione pro castris erat afranii cohortes breuiore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur prelio: & quod prius in tumulum afraniiani uenerant nostri repelluntur: atque alii submissis presidiiis terga uertere. seq; ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugne militum illorum ut magno impetu primo procurrere: audacter locum caperent. Ordines suos non magnopere seruaret: rari dispersiq; pugnarent: si premerentur pedem referre & loco excedere non turpe existimarent. Cum lusitanis reliquisq; barbaris genere quadam pugne assueti quod fere sic quibus quisq; in locis miles inueterauerit: ut multum earum regionum consuetudine moueatur. Hec tamen ratio nostros perturbat insuetos huius generis pugne. Circumiri enim sese ab aperto latere procurrentibus singulis arbitrabantur. Ipsi autem suos ordines seruare: neq; absignis discedere: neq; sine graui causa eum locum quem ceperant dimitti consueuerat oportere. Itaq; perturbatis antesignariis: legio que in

Contenditur prelio.

eo cornu constiterat. locum continuit atq; in proximū  
 collem sese recepit. Cæsar penè omni acie perterrita qual  
 præter opinionem consuetudinēq; acciderat cohorta-  
 tus suos: legionem nonam subsidio ducit: hostem in-  
 solenter atq; acriter nostros insequentem suppressit:  
 rursusq; terga uertere: seq; ad opidum Ilerdam recipe-  
 re & sub muro consistere cogit. Sed nonè legionis  
 milites elati studio dum sarcire acceptum detrimen-  
 tum uolunt: temere insecuti fugientes: in locum ini-  
 quum progrediuntur: & sub montem in quo erat  
 opidū positum Ilerda succedunt. Hic se recipere cū uel-  
 lent rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Pre-  
 ruptus locus erat utraq; ex parte directus: ac tantum ī  
 latitudinem patebat: ut tres instruere cohortes eum lo-  
 cum explerent: ut neq; subsidia ab lateribus submitti neq;  
 equites laborantibus usui esse possent. Ab opido autē de-  
 ditus locus tenui fastigio uergebat in longitudinez pas-  
 suum circiter cccc. hac nostris erat receptus: quod eo inci-  
 tati studio inconsultius processerant. Hoc pugnabatur lo-  
 co & propter angustias iniquo: & quod sub ipsis radicibus  
 montis constiterant: ut nullum frustra telum in eos mit-  
 teretur: tamen uirtute & patientia nitebantur: atque  
 omnia uulnera sustinebant. Augebantur illis copie  
 atq; ex castis cohortes per opidum crebro submittēban-  
 tur: ut integri defessis succederent. Hoc idem cæsar  
 facere cogebatur: ut submissis in eundem locum co-  
 hortibus defessos reciperet. Hoc loco cum esset modo pu-  
 gnatum continenter horis quinq; nostriq; grauius  
 a multitudine premerentur: consūptis omnibus te-  
 lis: gladiis districtis impetum aduersus montem ī co-

Vide hic q<sup>u</sup> fortiter  
 C. agat.

pugnatus acriter  
 utring.

hortes faciunt paucisq; deiectis reliquos sese conuertere cogunt. Submotis submurum cohortibus ac non nulla parte propter terrorem in opidum compulsis facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem nostrer ab utroq; latere & si deiectis atq; inferioribus locis constiterat: tamen summum in iugum uirtute committitur: atque inter duas acies perequitans: commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita uario certamine pugnatum est. Nostris in primo congressu circiter Lxx. ceciderunt. In iiii. q. fulgimius ex primo hastato legionis xiiii. q. propter eximiam uirtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. Vulnerantur amplius dc. Ex africanis interficiuntur T. cecilius primipili centurio: & preter eum centuriones quattuor: milites amplius cc. Sed hec eius diei prefertur opinio: ut se utriq; superiores discessisse existimarent. Africaniani quod cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur: cominus tandem stetit: & nostrorum impetum sustinuerunt: & initio locum tumultumq; tenuissent: quae causa pugnandi fuerat: & nostros primo congressu terga uertere coegissent. Nostris autem quod iniquo loco atq; impari congressi numero essent: quod quinque horis praelium sustinuerunt: quod montem gladiis districtis ascenderunt: quod ex loco superiori terga uertere aduersarios coegissent atq; in opidum contulissent: qui eum cumulum pro quo pugnatum est magnis operibus munierunt praesidium ibi posuerunt. Accidit etiam repentinum incommodum biduo quo haec gesta sunt. Tanta enim tempestas cohoritur: ut nunquam illis maiores aquas fuisse constaret. Tum autem ex omnibus

Numerus occisorum in exercitu caesaris Lxx.

Numerus uulneratorum .dc.

Numerus occisorum in exercitu Africanorum .cc.

Tam uarie certatum est quod uix discerni potuit uter uictoria obtinuerit.

montibus nix profluit ac summas ripas fluminis su-  
 perauit: pontesq; ambos quos C. fabius fecerat uno die  
 interrupit. Quae res magnas difficultates exercitui ce-  
 saris attulit. Castra enim ut supra demonstratum est  
 cum essent inter flumina duo Sicorim & Cingam  
 spatio milium triginta neutrum horum transiri  
 poterat: necessariiq; omnes iis angustiis contine-  
 bantur. Neq; ciuitates quae ad cesaris amicitiam acces-  
 serant frumentum supportare: neq; ii qui pabulatum  
 longius progressi essent: interclusi fluminibus reuerti  
 neq; maximi comitatus qui ex italia galliaq; ueniebat  
 in castra peruenire poterant. Tempus erat autem dif-  
 ficillimum quo neq; frumenta in hibernis erant: neq;  
 multum a maturitate aberant. At ciuitates exina-  
 nita quod afranius penè omne frumentum ante  
 cesaris aduentum illerdam conuexerat. Reliquis  
 siquid fuerat: cesar superioribus diebus consumpserat.  
 Pecora quod secundum poterat esse in opere subsidium  
 propter bellum: finitimae ciuitates longius remoue-  
 rant: quod erant pabulandi aut frumentandi cau-  
 sa progressi: hos leuis armaturae lusitani peritiq; earu  
 regionum cetrati citerioris hispaniae consectabantur.  
 Quibus erat procliue tranare flumen: quod consuetu-  
 do eorum omnium est: ut sine utriusq; ad exercitum  
 non eant. At exercitus afranii omnium rerum abun-  
 dat copia: multum erat frumentum prouisum & co-  
 uectum superioribus temporibus multum ex omni pro-  
 uincia comportabatur: magna copia pabuli suppete-  
 bat. Harum omnium rerum facultates sine ullo pe-  
 riculo pons illerde praebat: & loca trans flumen

SICORIS &  
CINGA fl.

CIVITATES.

nitigra quo omnino cesar adire non poterat. Et per-  
 manserunt aque dies complures. Conatus est cesar  
 reficere pontes: sed neque magnitudo fluminis permitte-  
 bat: neque ad ripam dispositæ cohortes aduersariorum p-  
 fici patiebantur: quod illis prohibere erat facile: tum  
 ipsius fluminis natura atque aque magnitudine: tum  
 quod extotis ripis in unum atque angustum locum tela  
 iaciebantur: atque erat difficile eodem tempore rapi-  
 dissimo flumine opera perficere & tela uitare. Nunci-  
 atus afranio magnos comitatus qui iter habebant  
 ad cesarem ad flumen constitisse. Subuenerant eo  
 sagittarii exrutenis: equites ex gallia cum multis car-  
 ris magnisque impedimentis: ut fert gallica consue-  
 tudo. Erant præterea cuiusque generis hominum mi-  
 lia circiter. vi. cum seruis liberisque: sed nullus ordo nul-  
 lum imperium certum: cum suo quisque consilio utere-  
 tur atque omnes sine timore iter facerent: usu supe-  
 riorum temporum: atque itinerum licentia. Erant  
 complures honesti adolescentes senatorum filii & ordi-  
 nis equestris. Erant legationes ciuitatum. Erant legati  
 cesaris: hos omnes flumina continebant. Ad hos reprimen-  
 dos cum omni equitatu tribusque legionibus afranius die  
 noctique proficiscitur: imprudentesque antemissis equiti-  
 bus aggreditur. Celeriter sese tamen galli equites ex-  
 pediant: preliumque committunt. si dum pari certa-  
 mine res geri potuit: magnum hostium numerum pau-  
 ci sustinuerunt. Sed ubi signa legionum appropiqua-  
 re ceperunt: paucis amissis sese in proximos montes  
 conferunt. Hoc pugne tempus magnum attulit  
 nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium

Gallica consuetudo.

Nis occasor.

se in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die  
 sagittarii circiter. cc. equites pauci. calonum atq; im-  
 pedimentorum non magnus numerus. His tamen  
 omnibus annona creuit: que fere res non solum inopia  
 presentis. sed etiam futuri temporis timore ingraues-  
 cere consuevit. Iamq; ad xl. in singulos modios anno-  
 na peruenerat: & militum vires inopia framenti di-  
 minueraat: atq; incommoda indies augebantur. &  
 tam paucis diebus magna erat rerum facta commu-  
 tatio: ac se fortuna inclinauerat: ut nostri magna  
 inopia necessariarum rerum conflictarentur: Illi  
 omnibus abundarent rebus superioresq; haberentur.  
 Cesar iis ciuitatibus que ad eius amicitiam accesser-  
 rant quo minor erat framenti copia: pecus impe-  
 rabat: calones ad longinquioris ciuitates dimittebat.  
 Ipse presentem inopiam quibus poterat subsidiis tuta-  
 batur. Hec Afranius petreiusq; & eorum amici ple-  
 niora etiam atq; uberiora romani ad suos perscribe-  
 bant. Multa rumor fingeat: ut pene bellum con-  
 fectum uideretur. Quibus litteris nuntiisq; roma  
 perlatis: magni demum concursus ad Afranium  
 magneq; gratulationes fiebant. Multi ex italia ad  
 Cn. pompeium proficiscebantur: alii ut principes  
 talem nuntium attulisse: alii ne euentu belli ex-  
 pectasse: aut ex omnibus nouissimi uenisse uideren-  
 tur. Cum in his angustiis res esset: atq; omnes uis  
 ab afranijs militibus equitibusq; obsiderentur nec  
 pontes perfici possent: imperat militibus cesar:  
 ut naues faciant: cuius generis eum superiorib; T. N.  
 annis usus britanie docuerat carine. Ac primu

stamine & ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium uiminibus contextum coriis integebatur. Has perfectas carris uinctis deuehit noctu mil passuum a castris xxii. militesq; his nauibus flumen transportat: continētēq; ripę collem improviso occupat. Hunc celeriter priusq; ab aduersariis sentiatur communit: huc legiones postea transiecit: atq; ex utraq; parte pontem institutum biduo perficit. Ita comitatus eos qui frumenti causa processerant tuto ad se recepit: & rem frumentariam expedire incipit. Eodem die equitum magnam partem flumen traniecit: qui inopinantis pabulatores & sine ullo dissipatos timore aggressi: q̄magnum numerum iumentorum atq; hominum intercipiunt: cohortibusq; centuriatis subsidio missis: scienter in duas partes sese distribuunt. Alii ut prædę præsidiosint: alii ut uenientibus insistant atq; eos propellant. Vnamq; cohortēque temere ante ceteras extra aciem procurrerat: seclusam ab reliquis circūueniunt atq; interficiunt: incolumesq; cum magna præda eodem ponte in castra reuertuntur. Dum hæc ad Illerdam geruntur: massilienses usi L. domitij consilio naues longas expediunt numero xvii. quarum erant xi. tectę: multa hic minora nauigia addunt: ut ipsa multitudine nostra classis terreatur: magnum numerum sagittariorum: magnuz albicorum de quibus supra demonstratum est imponūt: atq; hos premiis pollicitationibusq; incitant. Certas sibi deponit nauis domitius: atq; has colonis pastoribusq; quos secum eduxerat complet. Sic omnibus rebus instructa classe: magna fiducia ad nostras nauis procedunt: quibus præerat. D. brutus. Hic ad insulam que est contra massilia

Centuriatis.



stationes obtinebat. Erat multo inferior numero nauium brutus. sed electos ex omnibus legionibus fortissimos uiros antesignarios centuriones cesar ei classi attribuerat: qui sibi id muneris depoposcerant. Hi manus ferreas atq; arpagones parauerant: magnosq; numero pilorum: tragularum: reliquorumq; telorum se instruxerant. Ita cognito hostium aduentu suas naues ex portu deducunt: cum massiliensibus confligunt. Pugnatum est utrinq; fortissime atque acerrime: neq; multum albici nostris uirtute cedebant: homines asperi & montani & exercitati in armis. Atque hi modo digressi massiliensibus recentem eorundem sollicitationem animis continebant: pastoresq; indomiti spe libertatis incitati sub oculis domitij suam omnes probare operam studebant. Ipsi massilienses & celeritate nauium & scientia gubernatorum confisi nostros eludebant: impetusq; eorum excipiebant: & quo allicere latiore aut spatio aut producta longius acie: aut circumuenire nostros: aut pluribus nauibus adhoriri singulas: aut remos transcurrentes detergere si possent contendebant. Cum propius erat necessario uentum abs scientia gubernatorum atq; artificijs ad uirtutem montanorum confugiabant: qui minus exercitatis remigibus minusq; peritis gubernatoribus utebantur: quiq; repente exonerarijs nauibus erant producti: neq; dum etiam uocabulis amamentorum cognitis. Tum nostri etiam tarditate & grauitate nauium impediabantur. Facte enim subito exhumida materia: non eundem usum celeritatis habuerant. Itaq; dum locus communis pugnandi daretur: equo animo singulas binis nauibus obiciebant. Atq; iniecta manu ferrea & retenta utraq; nauis diuersi pu-

Manus ferreas.  
Arpagones.

Non bellu maritimu  
apud massiliam..

gnabant: atq; in hostium naues transcendebant: & magno numero albicorum & pastorum interfecto partem nauium deprimunt non nullas cum hominibus capiunt: reliq; in portum compellunt. Eo die naues massiliensium cū iis que sunt capte intereunt viii. Hoc primum ut cesari ad Ilerdam nuntiatur: simul perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti uirtute equitum: minus libere: minus audacter uagabantur. Alij non longe a castris progressi spatio: ut celerem receptum haberent angustius pabulabantur. Alij longiore circuitu custodias stationesq; equitum uitabant: aut aliquo accepto detrimento: aut procul equitatu uiso ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant. Postremo & plures intermittere dies: & preter consuetudinem omnium noctu constituerant pabulari. Interim oscenses & calagurritani qui erant cum oscensibus contributi mittunt ad eū legatos: seseq; imperata facturos pollicentur. Hostaracenses & lacentani & auletani & paucis post diebus lurgauonenses qui flumen hiberum attingunt insequuntur: petit ab iis omnibus ut se frumento iuuēt. Pollicentur atq; omnibus undiq; conquisitis iumentis in castra deportant. Transit etiam cohors lurgauonensis ad eum. Cognito ciuitatis consilio: signa ex statione transfert. Magna celeriter fit commutatio rerum: perfecto ponte: magnis quinq; ciuitatibus ad amicitiam adiunctis: expedita re frumentaria: extinctis rumoribus de auxilijs legionum que cum pompeio p mauritaniam uenire dicebantur: multe longinquiores ciuitates ab afranio desciscunt: & cesaris amicitiam sequuntur. Quibus rebus perterritis animis ad

Desciscunt.

uersariorum: Cæsar ne semper magno circuitu per pō-  
 tem equitatus esset mittendus: nactus idoneum locū  
 fossas pedum .xxx. in latitudinem complures facere  
 instituit: quibus partem aliquam sicoris auerteret: ua-  
 dumq; in eo flumine efficeret. His penē effectis: magnū  
 in timorem Afranius petreiusq; perueniunt: ne omnino  
 frumento pabuloq; includerentur: quod multum cæsar  
 equitatu ualebat. Itaq; consistunt ipsi locis excedere in celti-  
 beriam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur et  
 illa res: quod ex duobus contrariis genibus que superiore  
 bello cum L. sertorio steterant: ciuitates uictę nomē atq;  
 imperium absentis timebant: que in amicitia manserunt  
 pompeii magnis affectę beneficijs eum diligebant.  
 Cæsaris autem erat in barbaris nomen obscurius. Hic ma-  
 gnos equitatus: magnaq; auxilia expectabant: & suis lo-  
 cis bellum in hiemem ducere cogitabāt. Hoc inuito consi-  
 lio: toto flumine hiberno nauis conquirere: & octogesia  
 adduci iubent. Id erat opidum positum ad hiberū mil  
 v. pass. ab castris aberat. xx. ad eum locum fluminis nauibus  
 iunctis pontem imperant fieri: legionesq; duas flu-  
 men sicorim transducunt: castraq; muniuntur uallo  
 pedum xii. Qua re per exploratores cognita summo  
 labore militum cæsar continuato diem noctemq; opere  
 in flumine auertendo huc iam reduxerat rem: ut eq-  
 tes & si difficulter atq; egre fiebat: possent tamen atque  
 auderent flumen transire. Pedites uero tantūmodo  
 humeris ac sumo pectore extabant: ut tum altitudine  
 aque: tum etiam rapiditate fluminis ad transeūdū  
 impedirentur. Sed tamen eodem ferē tempore pons  
 in hiberno propē effectus nuntiabatur: & sicori uadum

Celtiberia.

L. sertorius.

reperiebatur. Iam uero eo magis illi maturandum iter  
existimabant. Itaque duabus auxiliaribus cohortibus Ille-  
de presidio relictis: omnibus copiis sicorim transeunt: &  
cum duabus legionibus quas superioribus diebus tral-  
dixerunt castra coniungunt. Relinquebatur cesari  
nihil: nisi uti equitatu agmen aduersariorum male ha-  
beret & caperet. Pons enim ipsius magnum circuitu  
habebat: ut multo breuiore itinere illi ad hiberum per-  
uenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt.  
Et cum de tertia uigilia petreius atque afranius castra  
mouissent: repente sese ad nouissimum agmen oste-  
dunt & magna multitudine circumfusa morari atque  
iter impedire incipiunt. Prima luce ex superioribus  
locis quae cesaris castris erant coniuncta cernebatur eq-  
tatus nostri prelio: nouissimos illorum premi ueheme-  
ter: ac nunquam sustinere extremum agmen atque inter-  
rumpi alias: inferri signa & uniuersarum cohortium  
impetu nostros propelli. Deinde rursus conuersos inse-  
qui: totis uero castris milites conturbari & dolere hostem  
ex manibus dimitti: bellum necessario longius duci.  
Centurionesque tribunosque militum adire atque obsecra-  
re: ut per eos cesar certior fieret: ne labori suo neu  
periculo parcere: paratos esse sese posse & audere trasi-  
re flumen qua traductus esset equitatus. Quorum  
studio & uocibus excitatus cesar: & si timebat tamen  
magnitudinis flumini exercitum obicere: conan-  
dum tamen atque experiendum iudicat. Itaque infir-  
miores milites ex omnibus centuriis deligi iubet:  
quorum aut animus aut uires uidebantur susti-  
nere non posse: hos cum legione una presidio castis

edinguit. Reliquas legiones expeditas educit: magnoque  
 numero iumentorum in flumine supra atq; infra cō-  
 stituto traducit exercitum. paucis ex iis militibus in flu-  
 mine abrepti ab equitatu excipiuntur ac subleuantur  
 interit nemo. Traducto incolumi exercitu: copias in-  
 struit: triplicemq; aciem ducere incipit: ac tantū fuit  
 in militibus studii ut mit sex adites adito ad uadū  
 circuitu: magnaq; fluminis mora interposita: eos qui  
 de tertia uigilia exissent: antehorā diei nonam con-  
 sequerentur. Quos ubi africanus procul uisos cum pe-  
 trecio conspexit: noua re perterritus: locis superioribus  
 constitit: aciemq; instruit. Cæsar in campis exerci-  
 tum refecit: ne defessum p̄elio obiiciat: rursus co-  
 nantis progredi insequitur & moratur. Illi necessa-  
 rio maturius q̄ constituerant: castra ponunt: Sube-  
 rant enim montes atq; a milibus passuum quinq;  
 itinera difficilia atq; angusta excipiebant: ut equi-  
 tatum effugerent cæsar: p̄sidiisq; in angustis col-  
 locatis: exercitum itinere prohiberent: ipsi sine pe-  
 riculo & timore hibernum copias traducerēt. Quod fuit  
 illis conandum atq; om̄i ratione efficiendum & toti-  
 us diei pugna atq; itineris labore defessi: rem in pos-  
 terum diem distulerunt. Cæsar uero in proximo col-  
 le castra ponit: media circiter nocte iis qui ad aquā-  
 di causa longius a castris processerant ab equitibus  
 correptis fit certior cæsar: duces aduersariorū silē-  
 tio copias castris educere. Quo cognito signum da-  
 ri iube: & uasa militari more conclamari. Illi exa-  
 udito clamore ueriti ne noctu impediti sub onere  
 confligere cogerentur: aut ab equitatu cæsar in

Hos montes intea  
 se recipiebant

angustias tenerentur iter suppressunt: copiasq; in castris continent. Postero die petreus cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris cesaris. Mittitur. L. decidius saxa cum paucis qui loci naturam prospiciant: uterq; idem suis renuntiat. V. mil. pass. proxima intercedere itineris campestris inde excipere loca aspera & montuosa: qui prior has angustias occupauerit. Ab hoc hostem prohiberi nihil esse negocij. Disputatur in consilio a petreio & afranio: & tempus profectionis queritur. Plerique censebant: ut noctu iter facerent posse prius ad angustias ueniri q̄ sentiretur. Alii quod pridie noctu conclamatum esset in cesaris castris: argumenti sumebant loco non posse clam exiri circumfundi noctu equitatum cesaris: atq; omnia loca atq; itinera obsideri: nocturnaq; prelia esse uitanda: quod pertentus miles in ciuili dissensione timori magis q̄ religioni consulere consuerit. Ad lucem multum per se pudorem omnium oculis: multum etiam tribunorum militum & centurionum presentiam afferre. Quibus rebus coerceri milites & in officio contineri soleat. Qua re omni ratione esse interdum prerumpendum: & si aliquo accepto detrimento: tamen summa exercitus salua locum quem petant capi posse. Hec euicit in consilio sententia. Et prima luce postridie constituuunt proficisci. Cesar exploratis regionibus albente celo: omnes copias castris educit: magnaq; circuitu nullo certo itinere exercitum educit. Namque itinera ad hiberum atq; octogesiam pertinebant: castris hostium oppositis tenebantur. Ipsi erant

Consultatio.

Transfendens.

transcendenda ualles maxime ac difficillime. Saxa mit-  
tis locis prerupta itera impediabant: arma per manus  
necessario tradebantur: militesq; inermes: subleuatique  
alii ab aliis magnam partem itineris conficiebat. Sed  
hunc laborem recusabat nemo: quod eum omnium la-  
borum finem fore existimabant: si hostem hiberu inter-  
cludere & frumento prohibere potuissent. Ac primo afro-  
niani milites uisendi causa loci ex castris procurrebant:  
contumeliosiq; uocibus prosequabantur. Nos necessa-  
rii uictus inopia coactos fugere atq; ad ilerdam re-  
ueri: erat enim itera a proposito diuersum: contrari-  
amq; in partem muri uidebatur. Duces uero eorum  
consiliu suum laudibus ferebant: quod se castris tenuis-  
sent: multumq; opinionem eorum adiuuabat: quod  
sine iumentis impedimentisq; ad itera profectos uide-  
bant: ut non posse inopiam diutius sustinere confide-  
rent. Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dexteras  
conspexerunt: iamq; primos superare regionem castro-  
rum animum auerterunt: nemo erat adeo tardus aut  
fugiens laboris: quin statim castris exeundum atq; occur-  
rendum putaret. Conclamatur ad arma: atq; omnes  
copie paucis presidio relictis cohortibus exeunt: retrorsum  
ad hiberu itinere contendunt. Erat in celeritate ome-  
positum certamen. Ut qui prius angustias montesq;  
occuparent: sed exercitum cesaris uiarum difficultates  
tardabant. Afranii copias equitatus cesaris insequens  
morabatur. Res tamen ab afranianis huc erat neces-  
sario deducta: ut si priores montis quos petebant atti-  
gissent: ipsi periculum uitarent: cum impedimenta to-  
tius exercitus cohortesq; in castris relictas seruare non

Conclamat ad arma

*Incipitur praelium.*

possent. Quibus interclusis exercitu cesaris auxilium ferri  
nulla ratione poterat. Confecit prior iter cesar: atq; ex  
magnis rupibus nactus planitiem: in hac contra hostem  
instruit aciem. Afranius cum ab equitatu nouissimum  
agmen premeretur: & ante hostem uideret: collem que-  
dam nactus ibi constitit. Ex eo loco quattuor cetratorum  
cohortis in montem qui erat in conspectu omnium ex-  
cellissimus mittit: hunc magno concursu incitatos iu-  
bet occupare eo consilio uti ipse eodem omnibus copiis  
contenderet: & mutato itinere iugis octogesiā perue-  
niret. Hunc cum obliquo itinere cetrati peterent: con-  
spicatus equitatum cesar in cohortis impetum facit. Nec  
minimam partem temporis equitum uim cetrati sub-  
stinere potuerunt: omnesq; ab eis circūuenti: in conspec-  
tu utriusq; exercitus interficiuntur. Erat occasio bene-  
gerende rei: neq; uero id cesarem fugiebat: tanto sub o-  
culis accepto detrimento perterritum exercitum sub-  
stinere non posse: presertim circūdatum undiq; equita-  
tum cum in loco equo atq; aperto confligeretur: idq;  
omnibus operibus ab eo flagitabatur. Concurrabant  
legiones: centuriones tribuniq; militum: ne dubita-  
ret praelium committere: omnium esse militum pa-  
ratissimos animos. Afranios contra multis rebus sui  
timoris signa misisse: quod suis non subuenissent: qd  
de colle non decederent: quod uix equitum incursus  
substinerent: collatisq; in unum locum signis confere-  
ti: neq; ordines neq; signa seruarent. Quod si iniquita-  
tem loci timerent: datum ire tamen aliquo loco pug-  
di facultatem: quod certe inde decedendum esset  
Afranio: nec sine aqua permanere posset. Cesari team

*Datum ire.*



spem uenerat se sine pugna & sine uulnere suorum rem  
 conficere posse: quod re frumentaria aduersarios inter-  
 clusisset. Cum etiam secundo prelio aliquos exterius amit-  
 teret: cur uulnerari pateretur optime meritos de se-  
 milites. Cur deniq; fortunam periclitaretur. presertim  
 cum non minus esset imperatoris consilio superare q; gla-  
 dio. Mouebatur etiam misericordia ciuium quos in-  
 ficiendos uidebat. Quibus saluis atq; incolumibus rem  
 obtinere malebat. Hoc consilium cesaris pleriq; non pro-  
 babatur. Milites uero palam interloquebantur: quonia  
 talis occasio uictorie dimitteretur: etiam cum uellet cesar  
 sese non esse pugnaturus. Ille in sua sententia perseuerat:  
 & paulum ex eo loco digreditur: ut timorem aduersariis  
 minuat. Petreiusq; atq; Afranius oblata facultate in cas-  
 tra sese referunt. Cesar presidiiis montibus dispositis  
 omnia ad hiberum interclusos itinere q; proxime potest  
 hostium castris communit. Postero die duces aduersari-  
 orum perturbati: quod omnem rei frumentarie flumi-  
 nisq; hiberi spem amiserant de reliquis rebus consulta-  
 bant. Erat unum iter: ilerdam si reuerti uellent. Alte-  
 rum si tarraconem peterent. Hoc consultantibus eis  
 nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro. Qua-  
 re cognita: crebras stationes disponunt equitum & cohō-  
 tium alariarum legionariarq; intermittunt cohortis: uallūq;  
 ex castris ad aquam ducere incipiunt ut intra munitio-  
 nem & sine timore & sine stationibus aquari possent.  
 Id opus inter se petreius atq; afranius partiuntur: ipiq;  
 perficiendi operis causa longius progrediuntur. Quo-  
 rum discessu liberam nacti milites colloquiorum fa-  
 cultatem uulgo procedunt: & quem quisq; in castris

*Interloquebantur.*

*Ilerda &  
TARRACO.*

*AQUARI.*

*T* Ha oia sequentia.

*Consanguineis.*

notum atq; municipem habebat conquirat atq; euocat.  
Primum agunt gratias omnes omnibus: quod sibi perter-  
ritis pridie peperissent: eorum se beneficio uiuere. De-  
inde imperatoris fidem querunt recte ne se illi sint co-  
missuri: & quod non ab initio fecerunt. Arma enim qd  
cum hominibus necessariis & consanguineis contule-  
runt conueruntur. His prouocati sermonibus: fide ab  
imperatore de petreii atq; afranii uita petunt: ne quod  
in se scelus concepisse: neu suos prodidisse uideantur. Qui-  
bus confirmatis rebus: se statim signa translaturus con-  
firmant: legatosq; de pace primorum ordinum centu-  
riones ad cesarem mittunt. Interim alij suos in cas-  
tra inuitandi causa adducunt: alij ab suis abducuntur  
adeo ut una castra iam facta ex binis uiderentur. Co-  
pluresq; tri. militum centuriones ad cesarem ueniunt:  
seq; ei commendant. Idem hoc fit a principibus his-  
panie quos illi euocauerant: & secum in castris ha-  
bebant obsidum loco in suos notos hospitesq; quere-  
bant: per quem quisq; eorum aditum commendatio-  
nis haberet ad cesarem: afranii etiam filius adolesces  
de sua ac parentis sui salute cum cesare per sulpi-  
cium legatum agebat. Erant plena letitia & gratu-  
latione omnia & eorum qui tanta pericula uitasse  
& eorum qui sine uulnere tantas res confecisse ui-  
debantur: magnamq; fructum sue pristinae lenita-  
tis omnium iudicio cesar ferebat: consiliuq; eius  
a cunctis probabatur. Quibus rebus nuntiatis afro-  
nio ab instituto opere discedit: seq; in castra recipit:  
sic paratus ut uidebatur: ut quicumq; accidisset casus:  
hunc quieto & equo animo ferret. Petreius uero no

*Afranii filius.*

defecit sese armat familiamq; cum hac & pretoria co-  
 horte cetratorum barbarisq; equitibus paucis beneficia-  
 riis suis quos sue custodia causa habere consuerat: im-  
 prouiso ad uallum aduolat: colloquia militum interrū-  
 pit: nostros repellit a castris: quos deprehendit inter-  
 facit. Reliqui cœunt inter se & repentino periculo  
 exterriti sinistras sagis inuoluunt gladiosq; distin-  
 gunt: atq; ita se a cetratis equitibus defendunt cal-  
 trorum propinquitate confisi seq; in castra recipiunt:  
 & ab iis cohortibus que erant in statione ad portas  
 deferuntur. Quibus rebus confectis: flens petreius  
 manipulos circuit: militesq; appellat: neu se neu pom-  
 peium absentem imperatorem suum aduersario ad sup-  
 plicium tradat obsecrat. Fit celeriter concursus in preto-  
 rium: postulat ut iurent omnes se exercitum ducesq;  
 non deserturos neq; prodituros: neq; sibi separatim a reli-  
 quis consilium capturos. Princeps in hæc uerba iurat: sp̄  
 idem iusiurandum adigit. Afranium subsequuntur tri-  
 buni militum centurionesq; centuriati producti milites  
 idem iurant: & dicunt penes quem quisq; sit cesaris mi-  
 les ut producant: productos palam in pretorio interfi-  
 ciant. Sed plerosq; quos ceperant celant: noctuq; per  
 uallum emittunt. Si terrore sublato a ducibus credu-  
 litas in supplicio: noua religio iusiurandi spem presē-  
 tis deditiois substulit: mentesq; militum conuertit &  
 rem ad pristinam belli rationem redegit. Cesar mi-  
 les aduersariorum qui in castra per tempus colloqui  
 uenerant: summa diligentia conquiri & remitti iu-  
 be. Sed ex numero tribunorum militum centurio-  
 numq; non nulli sua uoluntate apud eum remanse-

Petreius interceum-  
 pit que de pace  
 agebantur...

S à 618.

Cohortatio petreii ad  
 milites.

Centuriatum.



runt. Quos ille postea magno in honore habuit. Centuriones amplioris ordinis equestres in tribunitium restituit honorem. Premebantur afraniarum fabulatione. Aquabantur egre frumenti inopiam legionarii nonnulli habebant: quod dierum .xx. ab ilerda frumentum iussi erat efferre cetrati auxiliareque quorum erant et facultates ad prandium exigue et corpora insueta ad onera portanda. Itaque magnus eorum quotidie numerus ad cesarem perfrugiebat. In his erat angustis res. Sed expositis consilijs duobus explicitis uidebatur ad ilerdam reuerti: quod ubi paulum frumenti reliquerant. Ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant. Tarraco aberat longius: quo spatio plures rem posse casus recipere intelligebant.

Hoc probato consilio: ex castris proficiscuntur. Caesar equitatu premissis qui nouissimum agmen caperet atque impediret: ipse cum legionibus subsequitur. Nullum intercedebat tempus: quin extremi cum equitibus preliarentur. Genus erat hoc pugne. Expedita cohortes nouissimum agmen claudebant: pluresque in locis campetribus subsistebant. Si mons erat ascendendus: facile ipsa loci natura periculum repellerebat: quod ex locis superioribus qui antecesserant: suos ascendentes protegebant.

Cum uallis aut locus decliuus suberat: neque ii qui antecesserant morantibus opem ferre poterant. Equites uero ex loco superiore in aduersarios tela coniciebant.

Tum magno erat periculo res: tum inquirebant ut cum eiusmodi locis esset appropinquatum legionum signa consistere iuberent: magnoque impetu equitatum repellerent: eo submoto repente incitati cursu sese in uallis uniuersi dimitterent: atque ita transgressi rur-

TARRACO.

¶ quod sequitur.

sus in locis superioribus consisterent. Nam tantum ab  
 equitatum suorum auxiliis aberant: quorum numerum  
 habebant magnum ut eos superioribus perterritos praeliis  
 in medium reciperent agmen ultroque eos tuerentur: quo-  
 rum nulli ex itinere excedere licebat: quin ab equitatu  
 cesaris exciperetur. Tali dum pugnatur modo: lente atque  
 paulatim proceditur: crebroque ut sint auxilio suis subsis-  
 tunt: ut cum accidit: milia enim progressi quattuor: ue-  
 hementiusque peragitant ab equitatu montem excelsum  
 capiunt: ibique una fronte contra hostem castra muni-  
 unt: neque iumentis onera deponunt. Vbi cesaris castra  
 posita: tabernaculaque constituta & dimissos equites pabula-  
 di causa animum aduerterunt: sese subito proripiunt  
 hora circiter sexta eiusdem diei & spem nocti more dis-  
 cesso nostrorum equitum iter facere incipiunt. Qua re  
 animaduersa cesar relictis legionibus subsequitur: pre-  
 sidio impedimentis paucas cohortis reliquit. Hora de-  
 cima subsequi pabulatores equites reuocari iubet. Cele-  
 riter equitatus ad quotidianum itineris officium re-  
 uertitur. Pugnatur acriter ad nouissimum agmen  
 adeo ut pene terga conuertant. Compluresque milites  
 etiam non nulli centuriones interficiuntur. Instabat  
 agmen cesaris atque uniuersum iminebat. Tum uero neque  
 ad explorandum idoneum locum castris: neque ad pro-  
 grediendum data facultate consistunt necessario & pro-  
 cul ab aqua & natura iniquo loco castra ponunt. Sed  
 iisdem de causis cesar que supra sunt demonstrata  
 praelio amplius non lacessit. & eo die tabernacula sta-  
 tui passus non est: quo paratiores essent ad insequendum:  
 omnes siue noctu siue interdum erumperent. Illi

animaduerso uitio castrorum: tota nocte munitiones pro-  
 ferunt: castraq; castris conueniunt. Hoc idem postero die  
 a prima luce faciunt: totumq; in ea re diem consumunt.  
 Sed quantum opera processerant & castra protulerat: tan-  
 to aberant ab aqua longius: & presenti malo aliis malis  
 remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo e-  
 greditur ex castris. Proximo die presidio in castris relic-  
 to: uniuersas ad aquam copias educunt. Pabulatum  
 emittitur nemo. His eos supplices malis haberi cesar &  
 necessariam subire deditioem q̄ prelio decertare malebat.  
 Conatus tamen eos uallo fossaq; circumminire: ut q̄ maxi-  
 me repentinas eorum eruptiones demoretur: quo ne-  
 cessario descensuros existimabat. Illi & inopia pabuli  
 adducti & quo essent ad id expeditiores: omnia sarcina-  
 ria iumenta interfici iubent. In his operibus consiliisq;  
 biduum consumitur. Tertio die magna pars operis ce-  
 saris processerat. Illi impediende rei que munitionis  
 causa fiebat. Hora circiter nona signo dato legiones  
 ducunt: aciemq; sub castris instruunt. Cesar ab ope-  
 re legiones reuocat: equitatum omnem circumuenire  
 iube: aciem instruit: contra opinionem enim militū  
 famamq; omnium uideri prelio diffugisse magnum  
 detrimentum afferebat: sed eisdem de causis que sunt  
 cognite: quo minus dimicare uellet mouebatur. Atq;  
 hoc etiam magis: quod spatii breuitas etiam infugam  
 coniectis aduersariis non multum ad summam uicto-  
 rię uiuare poterat. Non enim amplius pedum mili-  
 bus duobus ab castris castra distabant. Hinc duas par-  
 tes acies occupabant. Tertia uagabatur ad incursum  
 atq; impetum militum relicta si preliū comitteretur.

Sarcinaria.

Propinquitatis castrorum celerem superat. Ex fuga receptus  
 dabat. Hac de causa constituerat signa inferentibus de-  
 sistere prior prelio non lacessere. Acies erat afranii du-  
 plex. leg. v. & tertia in subsidiis locum alarie cohortis ob-  
 tinebat. Cæsaris triplex. sed primam aciem quaterne  
 cohortes ex quinta legione tenebat. Has subsidiarie ter-  
 tie & rursus alie totidem sue cuiusque legionis subsequen-  
 bantur. Sagittarii funditoresque media continebantur acie.  
 Equitatus latera cingebat. Tali instructa acie tenere-  
 uterque propositum uidebatur. Cæsar nisi coactus prelium  
 non committere. Ille ut opera cæsaris impedire pro-  
 ducitur tamen res: aciesque ad solis occasum continen-  
 tur. Inde utrique in castra discedunt. Postero die muni-  
 tiones institutas cæsar parat perficere. Illi uadum flu-  
 minis licoris temptare si transire possent. Quare ani-  
 maduersa cæsar germanos leuis armature equumque  
 partem flumen traiecit: crebrasque in ripis custodias dis-  
 ponit. Tandem omnibus rebus obsessi: quarto iam die  
 sine pabulo retentis iumentis atque ligni frumentique  
 inopia colloquium petunt: & si fieri possit semoto a mi-  
 litibus loco ubi id a cæsare negatum & palam si colloqui  
 uellent concessum est: datur obsidis loco cæsari filius  
 afranii. Venitur in eum locum quem cæsar delegit.  
 Audiente utroque exercitu: loquitur afranius non esse  
 aut ipsis aut militibus succensendum: quod fidem er-  
 ga imperatorem suum C. N. pompeium conseruare uo-  
 luerunt. Sed satis iam fecisse officii satisque supplicii tulisse  
 se perpellos omnium rerum inopiam. Nunc uero pene-  
 ut feminas circummunitos prohiberi aqua: prohiberi  
 ingressu: neque corpore dolorem: neque animo ignomi-

*Ordo acierum.*

*petunt colloquium.  
 afranius & petreus  
 ab cæsare.*

*Filius afranii datur  
 cæsari obsidis loco.*

*Loquitur afranius  
 cæsari.*

*missis abis*  
**Responsio Caesaris.**

niam ferre posse. Itaq; se uictos confiteri. orare atq; ob-  
secrare si quis locus misericordie relinquantur. ne ad ul-  
timum supplicium progredi necesse habeat. Hec q̄ pot-  
dimississime & subiectissime exponit. Ad ea Caesar  
respondit. Nulli omnium has partes uel querimonie  
uel miserationis minus conuenisse. reliquos enim  
omnis officium suum prestitisse. qui etiam bona con-  
ditione & loco & tēpore equo conflagere uoluerunt.  
ut q̄ integerrima essent ad pacem omnia exercitū  
suum qui iniuria etiam accepta. suisq; interfectis  
quos in sua potestate habuerat conseruauit & tēxe-  
rit. Illius deniq; exercitus milites qui per se de cō-  
cilianda pace egerint. Qua in re omnium suoru  
uite consulendum putarunt. Sic omnium ordinū  
partis in misericordia constitisse. Ipsos duces a pace  
abhorruisse. eos neq; colloqui neq; induciarum iu-  
ra seruasse. & homines imperitos & per colloquium  
deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igitur  
his quod plerunq; hominibus nimia pertinacia atq;  
arrogantia accidere solet. uti eo recurrant & id cu-  
pidissime petant quod paulo ante contempserūt. Neq;  
nunc se illorum humanitate. neq; aliqua temporis  
opportunitate postulare quibus rebus opes augeantur  
sue. Sed eos exercitus quos contra se multos iā aōs  
aluerint uelle dimitti. Neq; enim ubi legiones alia  
de causa missas in hispaniam. septimanamq; ibi colēp-  
tam. neq; tot tantasq; classes paratas neq; submissos  
duces rei militaris peritos. nihil horum ad pacandas  
hispanias. nihil aduersum prouincie prouisum. que  
propter diuturnitatem pacis nullum auxilium de-



siderarit. Omnia hec iam pridem contra se parari in se no-  
 ui generis imperia constitui: ut idem apportans urbanis  
 presidia rebus & duas bellicosissimas prouincias absens tot  
 annos obtineat in se iura magistratuuum commutari: ne  
 ex pretura & consulatu ut semper sit per paucos proba-  
 ti & electi in prouincias mittantur in se etatis excusatio-  
 nem nihil ualere: quod superioribus bellis probati ad ob-  
 tinendos exercitus euocentur. In se uno non seruari qd  
 sit omnibus datum semper imperatoribus: ut rebus feli-  
 citer gestis aut cum honore aliquo aut certe sine ignomi-  
 nia domum reuertantur: exercitumq; dimittant. Quae ta-  
 men omnia & se tulisse patienter & esse laturum. Neq;  
 nunc id agere ut ab illis adductum exercitum teneat  
 ipse quod tamen sibi difficile non sit. Sed ne illi habeant  
 quo contra se uti non possunt. Proinde ut est dictu pro-  
 uinciis excederent exercitumq; dimitterent: sed si id sit  
 factum se nociturum nemini. Hanc unam atq; extrema  
 esse pacis conditionem: id uero militibus fuit pergratu atq;  
 iocundum: ut ex ipsa significatione cognosci potuit. Ut quia  
 aliqui uicti incommodum expectauissent: ultro premium  
 missionis ferrent. Nam cum de loco & tempore eius rei co-  
 trouersia inferretur & uoce & manibus uniuersi ex uallo  
 ubi constiterant significare ceperunt: ut statim dimitte-  
 rentur: neq; enim interposita fide firmum esse posse: si in  
 aliud tempus differretur. Paucis cum esset in utraq;  
 partem uerbis disputatum: res huc deducitur ut ii habe-  
 ant domicilium aut possessionem in hispania: statim re-  
 liqui ad uarum flumen dimittantur: ne cui de iis no-  
 ceatur: neu quis inuitus sacramento dicere cogatur  
 a caesare cauetur. Caesar ex eo tempore dum ad flu-

men uari ueniatur se frumentum daturum pollicetur. Addit etiam ut quid quisq; eorum in bello amiserit que sint penes milites suos iis qui amiserant restituat militibus equefacta extimatione pecuniam pro iis rebus soluit. Quascunq; postea controuersias inter se milites habuerunt sua sponte ad cesarem introduxerunt. Letreius atq; Afranius cum stipendium ab legionibus penè seditione facta flagitaretur cuius illi diem non dum uenisse dicerent. cesar ut cognosceret postulatum est. eoque utriq; quod statuit contenti fuerunt. Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa duas legiones suas antecedere reliquas subsequi iussit ut non longo inter se spatio castra facerent. Eiq; negotio Q. fufeuum calenum legatum preficit. Hoc eius prescripto ex hispania ad uarum flumē est iter factum. atq; ibi reliqua pars exercitus dimissa est;

VM HEC IN HISPANIA GERUNTUR. C. TREBONIVS Legatus qui ad oppugnationem massiliae relictus erat. duabus ex partibus aggerem uineas turresq; ad oppidum agere instituit. Una erat proxima portui naualibusq; altera ad partem qua est aditus ad galliam atq; hispaniam ad id mare quod adigit ad hofium rhodani. Massilia enim fere tribus ex oppidi partibus mari obluitur. Reliqua quarta est que aditum habet à terra huius quoq; spatii pars ea que ad arcem pertinet loci natura & ualle altissima munitam longam & difficilem habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera. C. trebonius magnam iumentorum atque

hominum multitudinem ex omni provincia uocat. Vimi-  
 na materiamq; comportari iubet. Quibus comparatis re-  
 bus aggerem in altitudinem pedum Lxxx. extruit. Sed  
 tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bel-  
 lum apparatus tanta multitudo tormentorum ut eorū  
 uim nullę contextę uiminibus uinę sustinere possent.  
 Asseres enim pedum xii. cuspidibus prefixi: atq; maximis  
 balistis missi per quattuor ordines cratium in terra de-  
 figebantur. Itaq; pedalibus lignis coniuuctis inter se porti-  
 cus integebantur: atq; <sup>hac</sup> agger inter manus proferebatur.  
 antecedebat textudo pedum Lx. squandi loci causa facta.  
 Item ex fortissimis lignis euoluta omnibus rebus quibus  
 ignis iactus & lapides defendi possent: sed magnitudo o-  
 perum altitudo muri atq; turrium: multitudo tormen-  
 torum omnem administrationem tardabat. Crebre ta-  
 men per albicos eruptiones fiebant ex oppido: ignesque  
 aggeri & turribus inferebantur: que facile nostri milites  
 repellebant: magnisq; ultro illatis detrimentis: eos qui  
 eruptionem fecerant in oppidum reiciebant. Interim  
 L. nasidius ab. CN. pompeio cum classe nauium xvi. in  
 quibus pauca erant arate. L. domicio massiliensi-  
 busq; subsidio missus freto sicilie imprudente atque  
 inopinante curione prouehitur. Appulsisq; messana  
 nauibus: atq; inde propter repentinum tērorem prin-  
 cipum ac senatus fuga facta ex naualibus eorum  
 unam deducit. hac uincta ad reliquas naues cur-  
 sum massiliam uersus perficit. premissaq; clam na-  
 uicula domiciū massiliensesq; de suo aduentu cer-  
 tiores facit: eosq; magno opere hortatur: ut rursus  
 cum bruti classe additis suis auxilijs confligant.

Massilienses post superius incommodum ueteres ad eundem  
numerum ex naualibus productas naues refecerant sum-  
maq; industria armauerant: remigum gubernatorumque  
magna copia suppetebat: piscatoresq; adiecerant atq; con-  
texerant: ut essent ab ictu telorum remiges tuti: has sa-  
gittarijs tormentisq; compleuerant. Tali modo instructa  
classe omnium seniorum matrum familie uirginumq;  
precibus & fletu excitati: ut extremo tempore ciuita-  
ti subuenirent non minore animo ac fiducia quam  
ante dimicauerant naues conscendunt. Communi  
enim fit uicio nature: ut inuisis latitantibus atque  
inignitis rebus magis confidamus: uehementiusq; exter-  
reamur: ut cum accidit aduentus enim. L. nasidij su-  
ma spe & uoluntate ciuitatem compleuerant: nacti  
idoneum uentum ex portu exeunt: & Tauroenta quod  
est castellum massiliensium ad nasidium perueniunt:  
ibiq; naues expediunt: rursusq; se ad confligendum  
animo confirmant & consilia communicant: & dex-  
tra pars attribuitur massiliensibus: sinistra nasidio.  
Eodem Brutus contendit aucto nauium numero na  
ad eas que facte erant Arelate per cesarem capti-  
us massiliensium accesserant sex. Has superioribus  
diebus refecerat atq; omnibus rebus instruxerat.  
Itaq; suos cohortatus quos integros superauisset: ut  
uictos contemneret: plenus spei bonae atq; animi  
aduersus eos proficiscitur. Facile erat ex castris. C.  
trebonij atq; omnibus superioribus locis prospicere in  
urbem ut omnis iuuentus que in oppido remanserat  
omnibusq; superis etatis cum liberis atq; uxoribus  
ex publicis custodiis aut muro ad celum manus ten-

derent aut templa deorum immortalium adirent & ante  
 simulacra proiecti uictoriam ab diis exposcerent. Neq; erat  
 quisq; hominum qui non in eius diei casu suarum omniu  
 fortunarum euentum consistere existimaret: nam & honesti  
 ex iuuentute & cuiusq; etatis amplissimi nominatim  
 euocati atq; obsecrati naues conscenderant: ut siquid ad-  
 uersi accidisset: ne ad conandum quidem sibi quicq; re-  
 liqui fore uiderent. Si superassent uel domesticis opi-  
 bus uel extraneis auxiliis de salute urbis confideret.  
 Commisso prelio massiliensibus res nulla ad uirtutem defuit:  
 Sed memores eorum preceptorum que paulo ante ab suis  
 acceperant hoc animo decertabant: ut nullum aliud  
 tempus ad conandum habituri uiderentur: & quibus  
 in pugnando uite periculum acciderit non ita multo sed  
 reliquorum ciuium fatum antecedere existimarent: qui-  
 bus urbe capta eadem esset belli fortuna patienda. Deduc-  
 tisq; nostris paulatim nauibus & artificio gubernatorum  
 mobilitati nauium locus dabatur & si quando nostri  
 facultatem nacti ferreis manibus iniectis nauem reli-  
 gauerant: undiq; suis laborantibus succurrebant. Neq;  
 uero coniuncti albicis cominus pugna deficiebant:  
 neq; multum cedebant uirtute nostris: simul ex mino-  
 ribus nauibus magna eminens missa telorum multi-  
 tudo: multa nostris de improviso imprudentibus  
 atq; impeditis uulnera inferebant: conspicatq; naues  
 triremes due nauem D. bruti que ex signo facile agnos-  
 ci poterant: duabus ex partibus sese in eam incitauer-  
 ant. Sed tanta re prouisa brutus celeritate nauis  
 enisus est: ut paruo momento antecederet. Ille adeo  
 inter se grauiter incitate conflixerunt: ut uehemen-

tissime utraq; ex concursu laborarent. Altera uero praeupto rostro tota collaberetur. Qua re animaduersa quae proxime ei loco ex bruti classe naues erant: in eas impeditas impetum faciunt: celeriterq; ambas deprimunt. Sed nasidianaes naues nulli usui fuerunt: celeriterq; pugna excesserunt. Non enim has aut conspectus patris aut propinquorum precepta ad extremum uitae periculum adire cogebantur. Itaq; ex eo numero nauium nulla desiderata est: ex massiliensium classe quinque sunt depresso: quattuor captae: una cum nasidianis profugit. Quae omnes citeriorem hispaniam petierunt. At ex reliquis una praemissa massiliam huius nuntii perferendi gratia cum iam appropinquaret urbi: omnis sese multitudo ad agnoscendum effudit. At re cognita tantus luctus excepit ut urbs ab hostibus capta eodem uestigio uideretur. Massilienses tamen nihilo segnius ad defensionem urbis reliqua apparare coeperunt. Est autem animaduersus locus ab legionariis qui dextram partem operis ad sinistraeabant ex crebris hostium eruptionibus magno ibi esse praesidio: quod si obsessi pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: qua primo ad repentinis incursum humilem paruaq; fecerant huc se referebant. Hinc si qua maior opprimerat uis propugnabant: hinc ad repellendum & prosequendum hostem procurrebant. Patebat haec quaeq; uersus pedes triginta: sed parietum crassitudo pedes v. postea uero ut est omnium rerum magister usus: hominum adhibita solertia inuentum est magno esse usui posse: si haec esse in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est: ibi turris altitudo perducta est. Id contabulationis causa

in parietes intruxerunt: ita ut capita tignorum extrema pa-  
 rietum structura tegerentur. ne quid emineret. ubi ignis hos-  
 tium adheresceret. Hanc insuper contignationem quantum  
 tectum plutei ac uinearum passum est latericulo astruxe-  
 runt. Supraque eum locum tigna transversa iniecerunt:  
 non longe ab extremis parietibus quibus suspenderent ea  
 contignationem que turri tegumento esset futura. supra-  
 que ea tigna directo transversas trabes iniecerunt. easque alle-  
 ribus religauerunt. Has trabes paulo longiores atque emi-  
 nentiores quam extremi parietes erant effecerunt ut esset  
 ubi tegumenta pendere possent ad defendendos ictus  
 ac repellendos. Cum inter eam contignationem parie-  
 tes extruerentur: eamque contabulationem summam la-  
 teribus lutaque constrauerant: ne quid ignis hostium nocere  
 posset. Centonesque insuper iniecerunt: ne aut tela tor-  
 mentis nulla tabulationem perfringerent. aut saxa ex  
 catapultis latericium discurrerent. Storias autem ex funi-  
 bus anchorariis .iiii. in longitudinem parietum turris lateras  
 .iiii. pedes fecerunt: easque ex tribus partibus que ad hostes  
 uergebat eminentibus trabibus circum turrem prepen-  
 des religauerunt. Quod unum genus tegumenti aliis lo-  
 cis erant experti nullo tello neque tormento trauci posse.  
 Vbi uero ea pars turris que erat perfecta: tecta atque mu-  
 nita est ab omni ictu hostium. pluteos ad alia opera ab-  
 duxerunt. Turris tectum per se prehensionibus ex conti-  
 gnatione prima suspendere ac tollere ceperunt. Vbi qua-  
 tum storiarum demissio patiebatur tantum eleuabat.  
 Intra hec tegmenta abditi atque muniti parietes lateribus  
 extruebantur: rursusque aliam preensione ad edificandum  
 sibi locum expediebant. Vbi tempus alterius contabu-

lacionis uidebatur tigna ut primo tecta extremis late-  
ribus instruebant: exq; ea contignatione rursus summa  
contabulationem storiisq; deuebant. Ita tuto ac sine  
ullo uulnere ac periculo sex tabulata extruxerant: fe-  
nestrasq; quibus in locis uisum est ad tormenta mitten-  
da instruendo reliquerunt. Vbi ex ea turri que circum  
essent opera tueri se posse confisi sunt musculum pedu  
Lx. longum ex materia bipedali que turri latericia ad hos-  
tium turrem murumq; perducerent facere instituerunt:  
cuius musculi hec erat forma. Due primum trabes in  
solo eque longe distantes inter se pedes .iiii. Collocantur.  
inq; eis columnę pedum in altitudine v. defiguntur. Has  
inter se capreolis molli fastigio coniungunt: ubi tigna  
que musculi tegendi causa ponant collocentur: eo su-  
per tigna bipedalia iuiciunt: eaq; lamimis clauisq; re-  
ligant: ad extremumq; musculi tectum trabesq; extre-  
mal: quadratas tegulas quattuor patentes digitos defigunt:  
que lateres qui super musculos struantur contineant. Ita  
fastigiato atq; ordinatim structo: trabes que erant in ca-  
preolis collocatę lateribus luto musculus ut ab igne  
qui ex muro iaceretur tutus esset contegitur. Super la-  
teres coria inducuntur: ne canalibus aqua immissa late-  
res diluere posset. Coria aut ne rursus igne aut lapidi-  
bus corrumpantur centonibus conteguntur. Hoc opus  
omne tectum uineis ad ipsam turrem perficiunt: subitoq;  
inopinantibus hostibus machinatione nauali phalangis  
subiectis ad turrim hostium admouent: ut edificio iu-  
gant. Quo malo perterriti subito oppidani saxa q; maxi-  
ma possunt uectibus promouent: precipitataq; muro in  
musculum deuoluunt ictum firmitas materie sustinet.



& quicquid incidit fastigio musculi delabitur. Id ubi uidet  
 mutant consilium: cupas teda ac pice repletas incendunt:  
 easq; de muro in musculum deuoluunt: inuolutę labuntur:  
 delapse ab lateribus longurę furcisq; ab opere remouentur.  
 Interim sub musculo milites uetibus infima saxa turris hos-  
 tium quibus fundamenta continebantur conuellunt.  
 Musculus ex turri latericia a nostris telis tormentisq; defen-  
 ditur: hostesq; ex muro ac turribus summouentur. Non  
 datur libera muri defendendi facultas. Compluribus iam  
 lapidibus ex illa que suberat turri subductis repentina  
 ruina pars eius turris concidit: pars reliqua consequens  
 procumbebat. Cum hostes turris repentina ruina com-  
 moti inopinato malo turbati deorum ira percussi & ur-  
 bis direptione perterriti inermes cum infulis sese porta  
 foras uniuersi proripiunt: ad legatos atq; exercitum sup-  
 plices manus tendunt. Qua noua re oblata omnis ad-  
 ministratio belli consistit: militesq; auersi a prelio ad stu-  
 dium audiendi & cognoscendi feruntur. Vbi hostes ad le-  
 gatos exercitumq; peruenerunt: uniuersi se ad pedes pro-  
 uiciunt: orant ut aduentus cesaris expectetur. Capta  
 suam urbem uidere opera perfecta: turrem subrutā:  
 itaq; ab defensione desistere nullam exoriri moram  
 posse: quo minus cum uenisset si imperata non facerent:  
 ad nutum euestigio diriperentur. Docent si omnino  
 turris concidisset non posse milites contineri: quin se pre-  
 de in urbem irrumperent: urbemq; delerent. Hęc atq;  
 eiusdem generis complura ut ab hominibus doctis ma-  
 gna cum misericordia fletiq; pronuntiantur. Quibus  
 rebus commoti legati milites ex opere deducunt: oppu-  
 gnatione desistunt: operibus custodias relinquunt.

Induciarum quodam genere misericordia facto aduentus  
cesaris expectatus. Nullum ex muro: nullum a nostris mit-  
titur telum ut re confecta omnes curam & diligentiam  
remittunt. Cæsar enim per litteras Trebonio magnopere  
mandauerat: ne per uim oppidum expugnatum patere-  
tur: ne grauius permoti milites & defectionis odio et  
contentione sui & diuino labore omnes puberes interfi-  
cerent: quod se facturos minabantur: egregie tunc sunt  
retenti: quin oppidum irrumperent: grauiusq; eam rem  
pertulerunt: quod stetit per trebonium quo minus  
oppido potiretur uidebatur. At hostes sine fide tempus  
atq; occasionem fraudis ac doli querunt. Interiectisq; aliquot  
diebus nostris languentibus atq; animo remissis subito meri-  
diano tempore cum alius discessisset: alius ex diutino labo-  
re in ipsis operibus quieti se dedisset: omnia uero arma se-  
pulta contextaq; essent: portis se foras erumpunt secun-  
do magnaq; uento ignem operibus inferunt. Hunc sic distu-  
lit uentus: uti uno tempore agger: plutei: testudo: turris: tor-  
menta flammam acciperent: & prius hæc omnia consume-  
rentur: q̄ quemadmodum accidisset animaduerti posset.

Nostris repentina fortuna permoti arma que possunt arripuit:  
Alij ex castris sese incitant. Fit in hostis impetus eorum: sed  
muro sagittis tormentisq; fugientes persequi prohibentur. Illi  
sub murum se recipiunt: ibiq; musculum turrinq; late-  
riciam libere intendunt. Ita multorum mensuum la-  
bor hostium perfidia & ui tempestatis puncto tempo-  
ris interit. Temptauerunt hoc idem massilienses:  
postero die eandem nacti tempestatem maiori fidu-  
cia in alteras turres aggeremq; eruptione pugna-  
uerunt: multumq; ignem intulerunt. Sed ut supe-

rioris temporis contentione nostri omnem remiserant:  
 ita proximi diei casu admoniti omnia ad defensionem  
 parauerant. Itaq; multis interfectis reliquos infecta re in  
 oppidum impulerunt. Trebonius ea que sunt amissa in-  
 to maiore militum studio administrare & reficere inti-  
 tuit. Nam ubi tantos labores & apparatus male cecidisse  
 uiderunt: indutijsq; per scelus uiolatis suam uirtutem  
 frivui fore perdoluerunt: quod unde agger omnino cō-  
 parari posset: nihil erat reliquum. Omnibus arboribus  
 longe lateq; in finibus massiliensium excisis & conuectis  
 aggerem noui generis atq; manditum ex latericijs duobus  
 muris senum pedum crassitudinem atq; eorum murorum cō-  
 tignationem facere instituerunt equa ferè latitudine atq;  
 ille coniectus ex materia fuerat agger: ubi aut spatium inter  
 muros aut imbecillitas materie postulare uideretur: pile  
 interponuntur: transversaria tigna iniiciuntur: que firma-  
 mento esse possint & quicquid est contignatum cratibus  
 consternitur: cratesq; luto integuntur. Subterte miles  
 dextra ac sinistra muro tectus aduersus plutei obiecto o-  
 peri: quæcumq; sunt usui sine periculo supportat. Celèri-  
 ter res administratur diuturni laboris detrimentum  
 solertia & uirtute militum breuiore conciliatur. Por-  
 te quibus locis uidetur eruptionis causa in muro relin-  
 quuntur. Quod ubi hostes uiderunt ea que diu longò-  
 q; spatio refici non posse: sperassent paucorum dierum  
 opera & labore ita refecta: ut nullus perfidie neque  
 eruptionis locus esset: neq; quicq; omnino relinqueret-  
 tur: qua aut uis militibus aut ignis operibus nocere  
 posset: eodemq; exemplo sentiunt totam urbem qua  
 sit aditus ab terra muro turribusq; circumiri posse:

lic ut ipsi consistendi in suis munitionibus locus non esset:  
cum penè edificata in muris ab exercitu nostro uideretur:  
ac telum manu coniceretur: suorumq; tormentorū usū  
quibus ipsi magna ui superauissent: spatio propinquitatis  
interire: pariq; conditione ex muro ac turribus bellandi da-  
ta se uirtute nostris adæquare non posse intelligunt ad  
deditionis conditiones recurrunt. Marcus uarro in ul-  
teriore hispania initio cognitis uis rebus que sunt in ita-  
lia gessit diffidens pompeianis rebus amicissime de cæ-  
sare loquebatur preoccupatum sese legatione ab. CN. pom-  
peio teneri obstrictum fide necessitudinem quidem sibi  
nihilominus intercedere neq; se ignorare quod esset  
officium legati qui fiduciariam operam obtineret:  
que uires sue que uoluntas ega cæsarem totius pro-  
uincie. Hec omnibus ferebat sermonibus neq; se i  
ullam partem mouebat. Postea uero cum cæsarem  
ad massiliam detineri cognouit: copias petreii cum exer-  
citu afranii esse coniunctas: magna auxilia conuenisse:  
magna esse in spe atq; expectari & consentire omnem citerio-  
rem prouinciam: queq; postea acciderant: deq; angustiis ad  
Ilerdam rei frumentarie accepit: atq; ad eum latius atq;  
inflatius Afranius prescribat: se quoq; ad motus fortune  
mouere coepit: delectum habuit: tota prouincia legionibus  
completis duabus cohortes circiter xxx. alarias addidit:  
frumentum magnum numerum coegit: quod massilien-  
sibus item afranio petreioq; mitteret: naues longas de-  
cem gaditanis ut facerent imperauit. Complures prete-  
rea in hispani faciendas curauit. Lecuniam omnē omniaq;  
ornamenta ex fano herculis in oppidum gades contulit:  
& sex cohortes presidii causa ex prouincia misit. Caiumq;

gallonium equitem ro. familiarem domitij qui eo procura-  
 de hereditatis causa uenerat missus a domitio oppido  
 gadibus profecit: arma omnia priuata & publica in  
 domum gallonij contulit. Ipse habuit graues in cesare  
 contiones. sepe extrubunali predicauit aduersa cesare  
 prelia fecisse magnum numerum ab eo militum ad A-  
 franium perfugisse. hec se certis nuncijs certis auctori-  
 bus comperisse. Quibus rebus perterritos ciues romanos  
 eius prouincie sibi ad rem pu. administranda cohortes  
 c lxxx. & argenti pondus xx milia tritici mod c xx.  
 mit polliceri coegit. Quas cesari esse amical ciuitates arbi-  
 trabatur: ijs grauiora onera iniungebat. Qui uero uerba  
 atq; orationem aduersus rem pu. habuissent eorum bona  
 in publicum aduiciebat presidiaq; eo deducebat. & iudi-  
 cia in priuatis reddebat: prouinciam omnem in sua et  
 pompeii uerba iusiurandum adigebat. Cognitis his re-  
 bus que sunt gestae in citeriore hispania bellum parabat.  
 Ratio autem haec erat belli ut se cum duabus legionibus  
 gades conferret: naues frumentumq; omne ibi contine-  
 ret: prouinciam enim omnem cesaris rebus fauere co-  
 gnouerat. In insula frumento nauibusq; comparatis  
 bellum duci non difficile existimabat. Cesar & si multis  
 necessarijs rebus in italia reuocabatur: tamen constitue-  
 rat nullam partem belli in hispanijs relinquere: quod ma-  
 gna esse pompeii beneficia: & magnas clientelas in cite-  
 riore hispania sciebat: Itaq; duabus legionibus missis  
 in ulteriorem hispaniam cum Q. casio tr. pl. ipse cum  
 dc. equitibus magnis itineribus progreditur: edictumq;  
 praemittit. Ad quam diem magistratus principesq; omniu;  
 ciuitatum sibi esse presto cordube uellet. Quo edicto

tota prouincia peruulgato: nulla fuit ciuitas que non ad  
id tempus partem senatus cordubam mitteret: nullus ue-  
ciuis ro. paulo notior quin ad statutum diem conueniret.  
Simul cordube conuentus per se portas uarroni clausis: cus-  
todias uigiliasq; in turribus muroq; disposuit. Cohortes duas  
que colonice appellabantur cum eo casu uenissent: tue-  
di oppidi causa apud se retinuit. Iisdem diebus carmonen-  
ses que longe firmissima totius prouincie ciuitas deduc-  
tis tribus in arcem oppidi positis cohortibus à uarrone  
presidio per se cohortes eiecit portasq; preclusit. Hoc uo  
magis properare uarro: ut cum legionibus q̄ primum  
gades contenderet ne itinere aut traiectu intercludere-  
tur. Tanta ac tam secunda in cesarem uoluntas pro-  
uincie reperiebatur. Progresso ei paulo longius littere  
à gadibus rediuntur simul atq; cognitum de edicto cesa-  
ris: consensisse gaditanos principes cum tribunis cohortiu  
que essent ibi in presidio ut gallonium ex oppido expel-  
lerent urbem insulamq; cesari seruarent. Hoc inuito co-  
silio denunciauissse gallonio ut sua sponte dum sine  
periculo liceret excedere gadibus: si id non fecisset sibi  
consilium captiuos: hoc timore abductum gallonium  
gadibus excessisse. His cognitis rebus altera ex duabus  
legionibus que uernacula appellabatur ex castris uarro-  
nis adstante & inspectante ipso signa substatit: seseq;  
in hispalim recepit: atq; in foro & portibus sine malefi-  
cio consedit. Quod factum adeo eius conuentus ciues  
ro. approbauerunt: ut domum ad se quisq; hospitio  
cupidissime reciperet. Quibus rebus perterritus uarro  
cum itinere conuerso sese in italem uenturum promi-  
sisset: certior a suis factus est preclusas esse portas. Tum uo

omni interclusus itinere ad cesarem mittit paratum se esse  
 legionem cui iusserit tradere. Ille ad eum sextum cesarem  
 mittit: atq; huic tradi iubet. Tradita legione: uarro corduba  
 ad cesarem uenit. Relatis ad eum publicis cum fide ratio-  
 nibus quod penes eum est pecunie tradidit: & quod ubiq;  
 habeat frumenti ac nauium ostendit. Cæsar contione ha-  
 bita cordubæ omnibus generatim gratias agit ciuibus ro. qd  
 oppidum in sua potestate studuissent habere. Hispalis quod  
 presidia expulissent. gaditanis quod conatus aduersariorum  
 infregissent: seseq; in libertatem uindicauissent. Tribunis  
 militum centurionibusq; qui eo presidii causa uenerant: qd  
 eorum consilia sua uirtute confirmauissent. pecunias que  
 erant in publicum uarroni à ciuibus ro. pollicite remittit:  
 bona restituit iis quos liberius loquutos hanc poenam tu-  
 lisse cognouerat: tributis quibusdam publicis priuatisq; pre-  
 missis: reliquos in posterum bona spe complet. Biduumq; cor-  
 dubæ commoratus: gadis profiscitur: pecunias monimen-  
 taq; que ex fano herculis collata erant in priuatam domu  
 referri in templum iubet. Prouincie. Q. cassium presicit:  
 huic quattuor legiones attribuit. Ipse iis nauibus quas. M.  
 uarro quasq; gaditani iussu uarronis fecerant. Tarracone  
 paucis diebus peruenit. Ibitorius fere citerioris prouincie le-  
 gationes cesaris aduentum expectabant. Eadem ratione  
 priuatim ac publice quibusdam ciuitatibus habitis oneri-  
 bus Tarracone discedit: pedibusq; narbonam atq; inde  
 massiliam peruenit. Ibi legem de dictatore latam seseq;  
 dictatorem dictum à. M. lepidi pretore cognoscit. Mas-  
 silienses omnibus defessi malis rei frumentarie ad sumas  
 inopiam adducti: crebris eruptionibus fusi graui etiam pes-  
 tilentia conflictati ex diutina conclusione & mutatione

uictus. Panico enim uetere atq; ordeo corrupto omnes ale-  
bantur: quod ad huiusmodi calus antiquitus paratum in pu-  
blicum contulerant: deiecta turri: labefacta magna parte  
muri auxilijs prouinciarum & exercituum desperatis quos  
in cesaris potestatem uenisse cognouerant: sese dedere sine  
fraude constituunt. Sed paucis ante diebus. L. domicius  
cognita massiliensium uoluntate: nauibus.iii. comparatis  
ex quibus duas familiaribus suis attribuerat: unam ipse cons-  
cenderat: nactus turbidam tempestatem est profectus. Huc  
conspicite naues que iussu bruti consuetudine quotidia-  
na ad portum excubabant: sublati anchoris sequi coeperunt.  
Ex iis unum ipsius nauigium contendit & fugere perseuera-  
uit: auxilijsq; tempestatis ex conspectu abit. Duo perterrita  
concurfu nostrarum nauium sese receperunt. Massilie-  
ses arma tormentaq; ex oppido ut est imperatum profe-  
runt: naues ex portu naualibusq; educunt: pecunia ex  
publico tradunt. Quibus rebus confectis cesar magis eos  
pro nomine & uetustate q; pro meritis in se ciuitatis co-  
seruans: duas ibi legiones presidio reliquit: ceteras in ita-  
liam mittit. Ipe ad urbem proficiscitur. Iisdem tempo-  
ribus. C. curio in afeicam profectus: ex sicilia etiam ab  
initio copias. p. adrii uari despiciens duas legiones ex quat-  
tuor quas a cesare acceperat. d. equites transportabat:  
biduoq; & noctibus tribus nauigatione consumptis appulit  
ad eum locum qui appellatur anquillaria. Hic locus abest  
a clupeis passibus xxii. mil: habetq; non incommodam esta-  
te stationem: & duobus preheminentibus promuntorijs  
continetur. Huius aduentum. L. cesar cum. x. longis  
nauibus ad clupeam prestolans: quas naues utice ex pre-  
donum bello subductas. p. actius reficiendas huius belli ca-



curauerat. Veritusq; nauium multitudinem ex alto refu-  
 git: appulsusq; ad proximum litus truxerit constricta & in  
 litore relicta pedibus in adrumentum profugerat. Id oppi-  
 dum. C. considius Longius unius legionis presidio tue-  
 batur. Reliquae caesaris naues eius fuga se adrumentum re-  
 ceperunt. Hunc secutus. M. rufus questor nauibus XII. quas  
 presidio onerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat: postq;  
 in litore relictam nauem conspexit: hanc remulgo abstra-  
 xit: ipse ad curionem cum classe redit. Curio Martium  
 uticam nauibus praemittit. Ipse eodem cum exercitu pro-  
 ficiscitur. Biduiq; iter progressus ad flumen Bragadam  
 peruenit. Ibi. C. canium rebilum legatum cum legionibus  
 reliquit. Ipse cum equitatu antecedit ad castra exploran-  
 da corneliana: quod is locus peridoneus castris habebat.  
 Id autem est iugum directum eminent in mare utraq;  
 ex parte preruptum atq; asperum: sed tamen paulo leui-  
 ore fastigio ab ea parte que ad uticam uergit abest re-  
 licto directo itinere ab utica paulo amplius passuum  
 mille. sed hoc itinere est fons quod mare succedit longe  
 lateq; is locus restagnat: quem si quis uitare uoluerit  
 sex milium circuitu in oppidum peruenit. Hoc explorato  
 loco: curio castra uari conspicit: muro oppidoq; coniuncta  
 ad portam que appellatur bellica admodum muni-  
 ta natura loci ex una parte ipso oppido utica: altera  
 a theatro: quod est ante oppidum subtractionibus eius  
 operis maximis aditu ad castra difficili & angusto sunt  
 animaduertit multa undiq; portari atq; agi plenissimis  
 uis que repentini tumultus timore ex agris in urbem con-  
 ferantur. Huc equitatum mittit ut diriperet atq; habe-  
 ret loco praede: eodemq; tempore his rebus subsidio de. eques

electi numidae ex oppido peditēsque cccc. mittuntur a uaro  
quos auxilij causa Rex iuba paucis diebus ante uticam  
miserat. Huic & paternum hospitium cum pompeio & si-  
multas cum curione intercedebat: quod tribunus ple-  
bis legem promulgauerat: qua lege regnum iube publi-  
cauerat. Concurrunt milites inter se: neque uero pri-  
mum impetum nostrorum numidae ferre potuerunt: sed  
interfectis circiter .c. xx. reliqui se in castra ad oppidum  
receperunt. Interim aduentum longarum nauium cu-  
rio pronunciare onerariis nauibus iubet: quae stabant  
ad uticam numero circiter .xx. se in hostium habiturum  
loco: quod non exuestigio ad castra cornelia uela duxis-  
sent. Qua pronunciatione facta: temporis puncto subla-  
tis anchoris omnes uticam relinquunt: & quo imperatum  
est transeunt. Quae res omnium rerum copia comple-  
uit exercitum. His rebus gestis curio se in castra ad bra-  
gadam recepit: atque uniuersi exercitus conclamatione  
imperator appellatur. Postero die uticam exercitum  
ducit: & prope oppidum castra ponit: non dum opere  
castrorum perfecto: equites estatione nunciant ma-  
gna auxilia equitum peditumque ab Rege missa uticam  
uenire: eodemque tempore uis magna pulueris cerne-  
batur. & euestigio temporis primum agmen erat  
in conspectu. Nouitate rei curio permotus praemittit  
equites qui primum impetum sustineant ac moren-  
tur. Ipse celeriter ab opere deductis legionibus aciem  
instruit: equitesque committunt praelium: & priusquam pla-  
ne legiones explicari & consistere possent tota auxilia  
regis impedita ac perturbata quod nullo ordine & li-  
ne timore iter fecerant in fugam se coniciunt: equi-

tatiq; omni ferè incolumi: quod se per litora celeriter  
 in oppidum recepit magnum peditum numerum in-  
 terficiunt. Proxima nocte centuriones marsi duo ex  
 castris curionis cum manipularibus suis xxii. ad actium ua-  
 rum perfugiunt. Hi seu uerè quam habuerant opinione  
 ad eum perferunt: siue etiam auribus uari seruiunt. Haq;  
 uolumus & credimus libenter: & que sentimus ipsi reliquos  
 sentire speramus. Confirmant quidem certe totius exerci-  
 tus animos alienos esse à curione: maximeq; opus esse in  
 conspectu exercitum uenire: & colloquendi dare faculta-  
 tem. Qua opinione adductus uarus postera die mare-  
 legiones ex castris educit. Facit idem curio atq; una ual-  
 le non magna interiecta suas uterq; copias instruit. Erat  
 in exercitu uari Sex. quintilius uarus quem fuisse confini  
 supra demonstratum est. Hic dimissus à cesare in africanam  
 uenerat: legionesq; eas traduxerat quas superioribus tempo-  
 ribus confinio receperat cesar. adeo ut paucis mutatis centu-  
 rionibus iudem ordines manipuliq; constarent. Hanc nac-  
 tus appellationis causam Quintilius circuire aciem curio-  
 nis atq; obsecrare milites coepit: ne prima sacramenta qd  
 apud domitium atq; apud se questorem dixissent me-  
 moriam deponerent: neu contra eos arma ferrent qui ea-  
 dem essent usi fortuna: eademq; in obsidione perpelli: neu  
 pro iis pugnarent à quibus in contumelia perfuge appel-  
 larentur. Huc pauca ad spem largitionis addit: que sua  
 liberalitate si se atq; actium secuti essent expectare debe-  
 rent. Hac habita oratione nullam in partem ab exerci-  
 tu curionis fit significatio. Atq; suas uterq; copias redu-  
 cit: atq; in castris curionis magnus omnium incessit  
 timor: nam is uariis hominum sermonibus celeriter

augetur. Vnusquisque enim opinionem fingebat & ad id quod  
ab alio audierat sui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno  
actore ad plures permanauerat: atque illi aliis addiderant:  
plures auctores eius rei uidebantur. Ciuile bellum genus  
hominum quod liceret libere facere & sequi quod uellet:  
legiones esse quae pauloante apud aduersarios fuerant: nam  
etiam caesaris beneficium mutauerat consuetudo: qua of-  
ferrentur municipia etiam diuersis partibus coniuncta.  
Neque enim ex marxis pelignisque ueniebant ut qui superio-  
re nocte in contuberniis commilitibusque non nulli graui-  
ores sermones militum uulgo durius accipiebantur. Non  
nulli etiam ab eis qui diligentiores uideri uolebant finge-  
bantur. Quibus de causis concilio conuocato de summa  
rerum deliberare incipit. Erant sententiae quae conan-  
dum omnibus modis castrisque uari oppugnanda cense-  
rent: quod huiusmodi militum consiliis oculum maxime  
contrarium esse arbitrarentur. Postremo prestare di-  
cebant per uirtutem: impugna belli fortunam experi-  
ri quae desertos & circumuentos ab eis grauissimum suppli-  
cium pati. Porro erant qui censerent de tertia uigilia  
in castra corneliana recedendum: ut maiore spatio te-  
poris interiecto militum mentes sanarentur. Simul si quid  
grauius accidisset: magna multitudine nauium & tu-  
tius & facilius in siciliam receptus daretur. Curio u-  
triusque improbandi consilium quantum alteri sententiae  
deesset animi: tantum alteri superesse dicebant. Hos  
turpissime fugae rationem habere illos etiam iniquo lo-  
co dimicandum putare. Qua enim inquit fiducia &  
opere & natura loci munitissima castra expugnari  
posse confidimus? aut etiam quid perficimus si accepto

magno detrimento ab oppugnatione castrorum discedi-  
 mus: quasi non foelicitas rerum gestarum exercitibus te-  
 niuolentiam imperatoris & res aduersae odia concilient.  
 Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam  
 & desperationem omnium & alienationem exercitus?  
 Nam neque prudentes suspicari oportet: sibi parum credi neque  
 improbos scire sese timeri: quod illis licentiam timor auge-  
 at: nostris studia diminuat. Quod si iam inquit haec explo-  
 rata habeamus quae de exercitus alienatione dicuntur: quae  
 quidem ego aut omnino falsa aut certe minora opinione  
 esse confido: quanto haec dissimulare & occultari quod per nos  
 confirmari praestetur? An uero uti corporis uulnera: ita exer-  
 citus incommoda sunt tegenda: ne spem aduersariis augea-  
 mus: aut etiam ut media nocte proficiscamur? Addunt  
 quo maiorem credo licentiam habeant qui peccare conen-  
 titur. Nam huiusmodi res aut pudore aut metu tenentur:  
 quibus rebus nox maxime aduersaria est. Quare neque  
 tanti sum animi: ut sine spe castra expugnanda censea:  
 neque tanti timoris: ut ipse deficiam: atque omnia prius  
 experienda arbitror: magnaque ex parte iam me una  
 uobiscum de re iudicium facturum confido. Dimisso con-  
 cilio: contionem aduocat: militumque studia commemo-  
 rat: quod sit eorum usus studio ad confinium caesar ut  
 magnam partem italis beneficio atque auctoritate eorum  
 suam fecerit. Vos enim uestrumque factum inquit omnia  
 deminceps municipia sunt secuta: neque sine causa & caesar  
 amicissime de uobis & illi grauissime iudicauerunt. Lo-  
 peius enim nullo prelio pulsus uestri fati preiudicio de-  
 motus italia excessit. Caesar me quem sibi carissimum  
 habuit: prouinciamque siciliam atque africanam sine quibus

urbem atq; italiam tueri non potest iure fidei commisit.  
Adsunt qui nos hortentur ut a nobis desciscatis. Quid enim  
est illis optatius: q̄ uno tempore & nos circumuenire. & uos  
nefario scelere obstringere: aut quid irati grauius de uo-  
bis sentire possunt: q̄ ut eos prodatis qui se uobis omnia  
debere iudicant: & in eorum potestatem ueniat: qui se-  
per uos perisse estimant. An uero in hispania res gestas ce-  
saris non audistis duos pulsos exercitus: duos superatos duces:  
duas receptas provincias: haec acta diebus xl. quibus in conf-  
pectu aduersariorum uenerit cesar. An qui incolumes re-  
sistere non potuerunt: perditos resistant. Vos autem certa  
uictoria cesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uic-  
tum sequemini: cum uestri officij premia percipere debe-  
atis. Desertos enim se ac perditos a uobis dicunt: & prioris  
sacramenti mentionem faciunt. Vos ne uero. L. domi-  
cium. An uos domitius deseruit. Nonne extremam pa-  
ti fortunam paratos proiecit. Ille non clam sibi: sed uo-  
bis salutem fuga petiuit: non proditi per illum: Cesaris  
beneficio estis conseruati. Sacramento quidem uos tene-  
re qui potuit: cum proiectis fascibus & deposito imperio  
priuatus & captus ipse in alienam uenisset potestatem.  
Relinquitur noua religio: ut eo neglecto sacramento quo  
tenemini respiciatis illud quod de deditioe ducis  
& capitis diminutione sublatum est. At credo si cesare  
probat: iam me offenditis qui de meis in uos meritis  
periudicaturus non sum: que sunt adhuc & mea uolun-  
tate & uestra expectatione leuiora. Sed tamen sui la-  
boris milites semper euentu belli premia petuerunt: q̄  
qualis sit futurus: ne uos quidem dubitatis diligentia  
quidem uestram aut quem ad finem adhuc respexit:

fortunamq; cui preteream? An poenitet uos quod saluum  
 atq; incolumem exercitum nulla omnino naue desydera-  
 ta transduxerim: quod classem hostium primo impetu ad-  
 ueniens profligauerim? Quod bis per biduum equestri pre-  
 lio superauerim. Quod ex portu sinuq; aduersariorum cc.  
 naues oneratas adduxerim: eog; illos compulerim: ut neq; pe-  
 destri itinere: neq; nauibus commeatu uiuari possint. Hac  
 uos fortuna atq; his ducibus repudiatis: corfiniensem ignomi-  
 niam in italię fuga: an hispaniarum deditionem in afri-  
 belli preiudicia sequimini? Equidem me cesaris militem  
 dici uolui: uos me imperatoris nomine appellauistis. Cuius  
 si uos poenitet: uestrum uobis beneficium remitto. Mihi  
 meum restituite nomen ne ad contumeliam honorem  
 dedisse uideamini. Qua oratione permoti milites: cre-  
 bro etiam dicentem interpellabant magno animi do-  
 lore: ne infidelitatis suspicionem substinere uiderent.  
 Discedentem uero ex contione uniuersi cohortantur ma-  
 gno sit animo: neu dubitet prelium comittere. & suam  
 fidem uirtutemq; experiri. Quo facto & commutata  
 omnium & uoluntate & opinione consensu suo consti-  
 tuit curio: cum primum sit data potestas prelio rem com-  
 mittere. Posteroq; die productos eodem loco quo superio-  
 ribus diebus constiterat in acie collocat. Nec uarus qui-  
 dem actius dubitat copias producere siue sollicitandi  
 milites seu equo loco dimicandi detur occasio: ne facul-  
 tatem pretermittat. Erat uallis inter duas acies ut su-  
 pra demonstratum est: non ita magno aut difficili & ar-  
 duo ascensu. Hanc uterq; si aduersariorum copie tran-  
 sire conarentur: expectabat quo equiore loco prelium  
 committeret: simul a sinistro cornu. I. actij equitatus

omnes & una leuis armatura & interiecti complures cum se-  
uallum dimitterent cernebantur. ad eos curio equitatus  
& duas marrucinorum cohortes mittit. Quorum primū  
impetum equites hostium non tulerunt. sed amissis eqs  
ad suos refugerunt. Relicti ab iis qui una procurrebant  
leuis armaturę circūueniebantur atq; interficiebantur  
à nostris. huc tota uari conuersa acies suos fugere & con-  
cidi uidebat. Tunc Rebilus legatus Cesaris quem curio  
secum ex Sicilia duxerat. quod magnum habere usum  
in re militari sciebat. perterritum inquit hostem uidet  
curio. quid dubitas uti temporis opportunitate? Ille unus  
eloquutus ut memoria tenerent milites ea que pridie  
sibi confirmassent. sequi sese iubet & præcurrit ante om-  
nes. Adeoq; erat impedita uallis ut in ascensu nisi suble-  
uati à suis primi non facile emitterentur. Sed præoccu-  
patis animis actianorum militum timore. tempore. et  
fuga. & cede suorum. nihil de resistendo cogitabat. Om-  
nesq; iam se ab equitatu circūueniri arbitrabantur. Itaq;  
priusq; telum abiici posset. aut nostri propius accederent.  
omnis uari acies tergauertit. seq; in castra recepit. Qua  
in fuga Fabius pelignus quidam ex infimis ordinibus de exer-  
citu curionis primum agmen fugientium consecutus. ma-  
gna uoce uarum nomine appellans requirebat. uti unus  
esse ex eius militibus. & mouere aliquid uelle ac dice-  
re uideretur. Vbi ille sepius appellatus. aspexit ac res-  
titit. & quid esset aut quid uellet quesit. humerū  
apertum gladio appetit. paululumq; abfuit. quin ua-  
rum interficerent. Quod ille periculum sublato ad  
eius conatum scuto uitauit. Fabius à proximis mili-  
tibus circūuentus interficitur. Hac fugientium mul-



titudine ac turba porte castrorum occupantur atq; impedi-  
 untur. pluresq; in eo loco sine uulnere q̄ in prelio aut fuga in-  
 tererunt neq; multum abfuit quin etiam castris expellerent.  
 Ac non nulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt:  
 sed cum loci natura & munitio castrorum aditum quod  
 ad prelium egressi curionis milites iis rebus indigebant:  
 que ad oppugnationem castrorum erant usui. Itaq; curio  
 exercitum in castra reduxit: suis omnibus preter fabium  
 incolumbus. Ex numero aduersariorum circiter dc. in-  
 terfectis atq; uulneratis qui omnes discessu curionis: mul-  
 tiq; preterea per simulationem uulnerum ex castris in  
 oppidum propter timorem sese recipiunt. Qua re ani-  
 maduersa uarus & terrore exercitus cogito: buccinatores  
 in castris & paucis ad speciem tabernaculi relictis de ter-  
 tia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit. Pos-  
 tero die curio obsidere uticam ualloq; circummunire  
 instituit. Erat in oppido multitudo insolens belli diu-  
 turnitate ocii: & uticenses pro quibusdam cesaris in  
 se beneficiis illi amicissimi: cum etiam exuariis ge-  
 neribus constaret terror ex superioribus preliis magnus.  
 Itaq; deditionem omnes palam loquebantur: & cum  
 p. actio agebant: ne sua pertinacia omnium fortunas  
 perturbari uellet. Hec cum agerentur: nuncios pre-  
 missi ab rege luba uenerunt: qui illum adesse cum  
 magnis copiis dicerent: & de custodia ac defensione  
 urbis hortarentur. Quas res eorum perterritos animos  
 confirmauit. Nunciabantur hec eadem curioni: s̄  
 aliquandiu fides fieri non poterat: tantam habebat suarū  
 rerum fiduciam. Itaq; cesaris in hispania res secunde in  
 africanam nunciis ac litteris perferabantur. Quibus omnib;

rebus sublatus nihil contra se regem usurum existimabat. Sed ubi certis auctoribus comperit minus v. & xx. milibus longe ab utica eius copias abesse. relictis munitionibus sese in castra corneliana recepit. Huc frumentum comportare. castra munire. materiam conferre coepit. Statim in siciliam misit. uti duae legiones reliquisque equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad bellum ducendum aptissima natura & loci munitione & maris propinquitate & aquae & salis copia: cuius magna uis iam ex proximis erat salinis. Eo congesta non materia multitudine arborum. non frumentum cuius erant plenissimi agri deficere poterat. Itaque omnium suorum consensu citro reliquas copias expectare & bellum ducere parabat. His constitutis rebus probatisque consiliis ex perfugis quibusdam oppidanis audit uicam reuocatum finitimo bello & controuersis leptitanorum restitisse in regno Saburram eius prefectum cum mediocribus copiis missum utice appropinquare. His auctoribus temere credens consilium commutat: & proelio rem committere constituit. Multum ad hanc rem probandam adiuuat adolescentia: magnitudo animi: superioris temporis prouentus fiducia rei benegerende. His rebus impulsus equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen bragadam quibus praerat Saburra de quo ante erat auditum. Sed rex omnibus copiis insequabatur. & sex milium passuum intervallo a Saburra consederat. Equites missi nocte iter conficiunt: imprudentis atque inopinantis hostis aggrediuntur. numidae enim quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant. Hos oppressos somno & dispersos adorti ma-

grum eorum numerum interficiunt: multi perterriti  
 perfugiunt. Quo facto ad curionem equites reuertuntur:  
 captiuosq; ad eum reducunt. Curio uero cum omnibus  
 copiis quarta uigilia exierat: cohortibus .v. castris  
 presidio relictis. progressus mit passuum .vi. equites  
 conuenit: rem gestam cognouit ex captiuis: querit  
 quis castris ad bragadam presit. Respondent Sabur-  
 ram. Reliqua studio itineris conficiendi querere pre-  
 termittit: proximamq; respiciens fuga signa: uidetis ne  
 inquit milites captiuorum orationem cum perfugis co-  
 uenire? Abesse regem exiguas esse copias nullas que  
 paucis equitibus pares esse non potuerunt proinde  
 ad predam: ad gloriam properate: ut iam de premijs  
 uestris & de referenda gratia cogitare incipiamus.  
 Erant perse magnaque gesserant equites: presertim cum  
 eorum exiguis numerus cum tanta multitudi-  
 ne numidarum conferretur. Hec tamen ab iis inflatius  
 commemorabatur: ut de suis homines laudibus insolē-  
 ter quidem libenter predicant. Multa enim preterea spo-  
 lia referebantur. Capi homines equitesq; producebantur:  
 ut quicquid intercederet temporis hoc in omnem uicto-  
 riam morari uideretur. Ita spei curionis militum studia  
 non deerant: equites sequi iubet sese: iterq; accelerat:  
 ut q. maxime ex fuga perterritos adoriri posset. At illi iti-  
 nere totius noctis confecto subsequi non poterant: atq;  
 alii alio loco resistebant: ne hec quidem res curione ad  
 spem morabatur. Iuba certior factus a Saburra de noc-  
 turno prelio .ii. mil. hispanorum & gallo-  
 rum equitum quos sue custodie causa circum se habere consueuerat:  
 & perditum eam partem cui maxime confidebat: Saburra

summittit. Ipse cum reliquis copiis elephantisque LX. lentius subsequitur. suspicatus premissis equitibus ipsum affore curionem. Saburra copias equitum peditumque instruit. atque iis imperat. ut simulatione timoris paulatim cedant. ac pedem referant. sese cum opus esset signum prelii datur. & quod rem postulare cognouisset imperatorum. Curio ad superiorem spem addita presentis temporis opinione hostes fugere arbitratus. copias ex locis superioribus in campum deducit. Quibus ex locis cum longius esset procellus confecto iam labore exercitu XVI. milium spatio constitit.

Dat signum suis Saburra. aciem constituit. & circumire ordines atque hortari incipit. sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur. equites in aciem immittit. Non deest negotio curio. suosque hortatur ut spem omnem uirtute reponant. nec militibus quidem ut defessis. neque equitibus ut paucis & labore confectis studium ad pugnandum uirtusque deerat. Sed ii numero ducenti. reliqui in itinere substiterant. I. Quacumque in partem impetum fecerant. hostes loco cedere cogebant. Sed neque longius fugientes prosequi. nec uehementius equos incitare poterant. At equitatus hostium. ab utroque cornu circumire aciem nostram & aduersos proterere incipit. cum cohortes ex acie procurrissent nimide integri celeritate impetum nostrorum effugiebant. rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant. & ab acie excludebant. sic neque in loco manere ordinesque seruare neque procurrere & casum subire tutum uidebatur. Hostium copiis summissis ab Rege auxiliis crebro augebantur. Hostes uires lassitudine deficiebant. Simul ii qui uulnera accipiebant neque acie excedere. neque in locum tutum referri

poterant: quod tota acies equitatu hostium circumdata te-  
 nebatur. Hi de sua salute desperantes: ut extremo uitę tē-  
 pore homines facere consueuerunt: aut suam mortem mi-  
 serabantur: aut parentes suos commendabant: si quos ex  
 eo periculo fortuna seruare potuisset. Plena erant omnia  
 timoris & luctus. Curio ubi perterritis omnibus neq; co-  
 hortationes suas: neq; preces audiri intelligit: unam ut  
 miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proxiōs  
 colles capere uniuersos atq; eo signa inferri iubet. Hos  
 quoq; preoccupat missus a Saburra equitatus. Tum uero  
 ad summam desperationem nostri perueniunt: & partim  
 fugientes ab equitatu interficiuntur: partim integri procū-  
 bunt. hortatur curionem. C. N. domitius prefectus equitū  
 cum paucis equitibus circūstans: ut fuga salutem petat:  
 atq; in castra contendat: & se ab eo non discessurum pol-  
 licetur. At curio nunq; amisso exercitu quem a cęsare  
 fidei commissum acceperat: se in eius conspectum reuersu-  
 rum confirmat: at ita pręlians interficitur. Equites ex  
 pręlio perpauci se recipiunt. Sed ii quos ad nouissimum  
 agmen equorum reficiendorum causa substituisse demōs-  
 tratum est: fuga totius exercitus procul animaduērsa sese  
 incolumes in castra conferunt. Milites ad unum omnes  
 interficiuntur. His rebus cognitīs. M. rufus questor ī cal-  
 tris relictus a curione cohortatur suos ne animo deficiāt.  
 Illi orant atq; obsecrant: ut in siciliam nauibus reportent:  
 pollicetur magistrisq; imperat nauium: ut primo uespere  
 omnes scaphas ad litus appulsas habeant. Sed tantus fuit  
 omnium terror: ut alii adesse copias lube dicerent: alij  
 cum legionibus instare uarum iamq; se puluerem ueniē-  
 tium cernere. Quarum rerum nihil omnino acciderat.

Alii classem hostium celeriter aduolaturam suspicarentur. Itaq̃  
perterritis omnibus sibi quisq̃ consulēbat. Qui in classe erat  
proficisci properabant. Horum fuga nauium onerariarum  
magistros incitabat. Pauci Lemniculi ad officium imperiumq̃  
conueniebant. Sed tanta erat completis litoribus conten-  
tio qui potissimum ex magno numero conscenderent ut  
multitudine atq̃ onere non nulli deprimerentur. reliq̃  
hoc timore propius adire tardarentur. Quibus rebus acci-  
dit: ut milites pauci patresq̃ familie: qui aut gratia aut  
misericordia ualere: aut naues ad mare possent recep-  
ti in siciliam incolumes peruenirent. Reliquę copie mis-  
sis ad uarum noctu legatis cum centurionibus sese ei de-  
diderunt. Quorum cohortes militum Iuba postero die an-  
te oppidum conspicatus suam esse prædā<sup>lic</sup> prædam: magnā  
partem eorum interfici iussit: paucos electos in regnum re-  
misit. cum uarus suam fidem ab eo ledi quæretetur: neq̃  
resistere auderet: ipse equo in oppidum uectus: prosequen-  
tibus compluribus senatoribus quo in numero erat Seruius  
sulpicius & Licinius damasippus paucis diebus que fieri  
uellet utiq̃ constituit atq̃ imperauit: diebusq̃ post pau-  
cis se in Regnum cum omnibus copiis recepit;

ICTATORE HABENTE CŌMITIA CAESARE. CON-  
sules creantur Iulius cesar & p. seruius. is em̄  
erat annus quo per leges ei consulem fieri li-  
ceret. His rebus confectis cum fidel tota italię esset angus-  
tior: neq̃ creditte pecunie soluerentur: constituit ut  
arbitri darentur per eos fierent estimationes possessionum

& rerum quanti quęq; earum ante bellum fuissent: atq;  
 ea creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem nouarū  
 tabularum tollendum minuendumq; qui fere bella et  
 ciuiles dissensiones sequi consuevit: & ad debitorum tue-  
 dam estimationem esse aptissimum estimauit. Item  
 populo ro. tribunisq; plebis rogationes ad populum fe-  
 rentibus non nullos ambitus pompeia lege damnato-  
 rum illis temporibus quibus in urbe presidia legionum pompe-  
 ius habuerat. Quę iudicia aliis audientibus aliis sente-  
 tiam ferentibus singulis diebus erant perfecta: in in-  
 tegrum restituit: qui se illi odio ciuilis belli obtulerat: si  
 sua opera in bello uti uellet. Proinde estimans ac si uisus  
 esset: quoniam suffecissent potestatem: statuere enim pri-  
 us hoc iudicio populi debere restitui q̄ suo beneficio uide-  
 ri receptos: ne aut ingratus in referenda gratia: aut ar-  
 rogans in precipiendo populi beneficio uideretur. His re-  
 bus & feriis latinis comitiisq; omnibus perficiendis xi. di-  
 es tribuit dictaturaq; se abdicauit: & ab urbe profisci-  
 tur: Brundisiumq; peruenit. Eo legiones xii. equitatuq;  
 omnem uenire iusserat. Sed tantum nauium reperit:  
 ut aęuste xv. mil. legionariorum militum. d. equites  
 transportare possent. hoc unum inopia nauium cesari  
 ad celeritatem conficiendi belli defuit iis: atq; ee ipse  
 copię hoc infrequentiores quoq; imponuntur: quod mt-  
 ti galli tot bellis defecerunt: longumq; iter ex hispania:  
 magnūq; numerum diminuerat: & grauis autumnus  
 in apulea circumq; Brundisium ex saluberrimis gallie  
 & hispanie legionibus omnem exercitum ualitudine  
 tentauerat. Pompeius anni spatium ad comparandas  
 copias nactus: quod uacuum a bello atq; ab hoste ocio-

lum fuerat: magnam ex asia cicladibusq; insulis corcyra:  
athenis ponto: bithinia: syria: cilycia: phoenice: egypto: clas-  
sem coegerat: magnam in omnibus locis edificandam cu-  
rauerat: magnam imperatam asie: syrie: regibusq; omni-  
bus & dycaistis: & tetrarchis: & liberis achaie populis pecu-  
niam exegerat: magnas societates earum prouinciarum  
quas ipse obtinebat: sibi numerari coegerat: legiones effe-  
cerat ciuium romanorum viii. v. ex italia quas trans-  
duxerat. Vnam ex sicilia ueteraniam quam factam ex  
duabus gemellam appellabat. Vnam ex creta & macedo-  
nia ex ueteranis militibus qui dimissi a superioribus  
imperatoribus: in iis prouinciis consederant. Duas ex  
asia quas Lentulus consul ascribendas curaauerat. Pre-  
terea magnum numerum ex thesalia: boetia: achaia:  
epiroq; supplementi nomine in legiones distribuerat.  
His antonianos milites admiscuerat. Preter has expecta-  
bat cum scipione ex syria legiones duas: sagittarios  
ex creta lacedemone: ex ponto atq; syria reliquisq;  
ciuitatibus tria milia numero habebat funditoru cohortes  
vi. dolonorum: equitum vii. mil. Ex quibus duomilia  
deiotarus adduxerat. D. Ariobarzanes ex cappadocia  
ad eundem numerum. Cotus ex tracica dederat: & sa-  
salam filium miserat. Ex macedonia. cc. erant: quibus  
Rasipolis preerat excellenti uirtute. d. ex gabarianis.  
Alexandria gallos germanosq; quos ibi agabinius presidij  
causa apud Regem Ptholomeum reliquerat. Pompeius  
filius cum classe adduxerat. dcc. quos ex seruis suis pas-  
torumq; suorum coegerat. ccc. Tarcodarius castor & dro-  
nilaus ex gallo grecia dederant. Horum alter una ue-  
nerat. alter filium miserat. cc. ex syria comagenus



antiochus cui magna pompeius premia tribuit. Miserant ple-  
 rig in hippodoxete huc dardanos bellos partim mercemari-  
 os partim imperio aut gratia comparatos. Item macedones  
 thessalos ac reliquarum gentium & ciuitatum adiecerat  
 atq; eum quem demonstrauimus supra numerum exple-  
 uerat: frumenti uim maximam ex Thesalia Asia: Egypto:  
 creta Cyrenis reliquisq; regionibus comparauerat. hiemare  
 dyrachio apollonie omnibusq; oppidis maritimis constitue-  
 rat: ut mare transire cesarem prohiberet. cuiusq; rei causa  
 omni ora maritima classem disposuerat. Præerat egyptiis  
 nauibus pompeius filius asiaticis decius lelius & celiustibari-  
 arius: Syriacis celius cassius rhodius c. marcellus cum c. po-  
 ponio. Liburnicis atq; achaicis classi cribonius libo & m.  
 octauius. Toti tamen officio maritimo m. bibulus præposi-  
 tus cuncta administrabat. ad hunc summa imperij aspici-  
 erat. Cesar ut brundisium uenit concionatus apud mi-  
 lites: quoniam prope ad finem laborum ac periculorum  
 esset peruentum: equo ut animo mancipia atq; impedi-  
 menta in italia relinquerent ipsi expediti naues conscen-  
 derent: quo maior numerus militum posset imponi om-  
 niâq; ex uictoria & ex sua liberalitate sperarent. Concla-  
 mantibus omnibus imperaret quod uellet: quodcunq;  
 imperauisset se equo animo esse facturos. 11. non. Ianua-  
 rij naues soluit impositis ut supra demonstratum est le-  
 gion. vii. postridie terram attingit grecorum saxa inter &  
 alia loca periculosa: quietam nactus stationem & portus  
 omnes timent: quos teneri ab aduersarijs arbitrabatur.  
 ad eum locum qui appellatur pharsalia omnibus nauibus  
 ad unam incoluibus milites exposuit. Erat ori-  
 ci Lucretius bispillo & minutius rufus cum asiaticis na-

uibus xviii. quibus iussu D. Iulij præerat. M. bibulus cum  
nauibus. cx. ex corcyra. Sed nequaquam sibi confisi ex portu  
prodire sunt ausi. Cum cæsar omnino xii. naues longas  
presidio duxisset in quibus erat etiam ipse. Illi neque bibu-  
lus impeditis nauibus dispersisque remigibus satis mature  
occurrit: quod prius ad continentem iussus est cæsar  
quod de eius aduentu fama omnino in eas regiones refer-  
retur. Expositis militibus: naues eadem nocte brundis-  
ium à cæsare remittuntur: ut relique legiones equita-  
tus transportari possent. Huic officio prepositus erat furi-  
us calerius legatus qui celeritatem in transportandis  
legionibus adhiberet. Sed serius à terrâ prouectæ naues  
neque usque nocturna aura in redeundo ostenderunt. Bi-  
bulus enim corcyre certior factus de aduentu cæsaris: spe-  
rans alicui se parti onustarum nauium occurrere posse:  
nauibus occurrit: & nactus circiter xxx. in eas diligen-  
tiæ suæ ac doloris iracundia erupit: omnesque incendit:  
eodemque igne nauas dominosque nauium interfecit: ma-  
gnitudine poenæ reliquos deterrere sperans. Hoc confec-  
to negotio à salonis ad orici portum stationes littoræque  
omnia longe lateque classibus occupauit: custodiisque dili-  
gentius dispositis ipse grauissima hieme in nauibus excu-  
bat: neque ullum laborem aut munus despiciens: neque  
subsidium expectans si in cæsaris complexum ueniret.  
Sed post discessu liburnarum ex illirico. M. octavius cum  
iis quas habebat nauibus salonas peruenit: ubi concita-  
tis dalmatis reliquisque barbaris: Tullam à cæsaris amici-  
tia auertit. Cum uentum salonas cum neque pollicita-  
tionibus: neque denuntiatione periculi permouere pos-  
set: oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum

& loci natura & colle munitum: sed celeriter ciues ro-  
 gneis effectis turribus iis sese munierunt: & cum essent  
 infirmi ad resistendum propter paucitatem hominū:  
 crebris confecti uulneribus auxilium descenderunt: ser-  
 uosq; omnes pueros liberauerunt: & presectis omnium  
 mulierum crinibus tormenta effecerunt. Quorum  
 cognita sententia: Octavius quinis castris oppidū cir-  
 cundedit: atq; uno tempore obsidione & oppugnationi-  
 bus eos premere coepit. Illi omnia perpeti parati mā-  
 xime à re frumentaria laborabant. Qui remissis ad  
 cesarem nuntiis auxilium ab eo petebant: reliqua ut po-  
 terant perse incommoda sustinebant: & longo interposi-  
 to spatio cum diuturnitas oppugnationis negligentiores oc-  
 tauianos effecissent: nacti occasionem meridiani temporis  
 discessum eorum pueris mulieribusq; in muro dispositis: ne  
 quid quotidiane consuetudinis desideratur: ipsi manufac-  
 ta cum iis quos nuper manumissos liberauerant: in proxi-  
 ma Octauii castra irruerunt: his expugnatis eodem impetu  
 altera sunt adhorti: inde tertia & quarta & deinceps re-  
 liqua omnibusq; eos castris expulerunt: & magno nume-  
 ro interfecto reliquos atq; ipsum Octavium in naues fuge-  
 re coegerunt. Hic fuit oppugnationis exitus. Jamq; hiems  
 appropinquabat: & tantis detrimētis receptis: Octavius  
 desperata oppugnatione oppidi dyrachium sese ad po-  
 peium recepit. De mōstrauimus. L. bibulum pompeii  
 pretorem bis in potestate peruēnisse cesaris: atq; ab eo  
 esse dimissum semel ad corfinium iterum in hispania  
 hunc pro suis beneficiis cesar idoneum iudicauerat. Jūe-  
 cum mandatis ad C. pompeium mitteret: eundēq; apud  
 C. pompeium auctoritatem habere intelligebat. Erat

autem hæc summa mandatorū debere utriusq; pertinaciter  
finem facere & ab armis discedere neq; amplius fortunam  
periclitari. Satis esse magna utriusq; incommoda accepta: q̄  
pro disciplina & præceptis habere possent: ut reliquos casus  
timerent illum ab italia expulsū: amissa Sicilia & Sar-  
dinea duabusq; hispaniis & cohortibus italia atq; hispania  
civium romanorum .c. atq; .xxx. morte Curionis & detri-  
mento afraniæ exercitus tanto militumq; deditioe ad  
corcyram. Proinde sibi ac rei pu. parcerent. Quantū in  
bello fortuna posset: ia ipsi incommodis suis satis essent  
documento. Hoc unum esse tempus de pace agendi:  
dum sibi uterq; confideret & pares ambo uiderentur.  
Si uero alteri paululum modo tribuisset fortuna: nō  
esse usurum conditionibus pacis cum qui superior ui-  
deretur: neq; fore ea parte contentum: qui se omnia  
habiturum confideret. Conditiones pacis quoniam an-  
tea conuenire non potuissent Romæ absenata & à  
populo peti debere. Interea & rei pu. & ipsis placere opō-  
tere: si uterq; in concione statim iurauisset se triduo  
proximo exercitum dimissurum: depositisq; armis auxi-  
liisq; quibus nunc confiderent: necessario populi sena-  
tusq; iudicio fore utriusq; contentum. Hæc quo facilius  
pompeio probari possent: Omnesq; suas terrestres urbiumq;  
copias dimissurum. Bibulus his expositis corcyre non mi-  
nus necessarium esse existimauit de repentino aduentu  
cesaris pompeium fieri certiozem: uti ad id consiliū cā-  
pere posset ante q̄ de mandatis agi inciperet: atq; eidē  
continuato & nocte & die itinere atq; omnibus copiis  
mutatis ad celeritatem iumentis ad pompeium contē-  
dit: ut adesse cesarem nunciaret. Pompeius erat eo

tempore in cadauia iterq; ex macedonia in hiberna apol-  
 loniam dyrachiumq; habebat. Sed re noua perturbatus  
 maioribus itineribus apolloniam petere coepit. ne cesar.  
 ore maritima ciuitates occuparet. At ille expositis mili-  
 tibus eodem die oricum proficiscitur. Quo cum uenisset  
 L. torquatus qui iussu pompeii oppido preerat: presidiumq;  
 ibi partinorum habebat: conatus portis clausis oppidum  
 defendere. grecos murum ascendere. atq; arma capere iu-  
 beret. Illi autem se contra imperium populi ro. pugna-  
 tuos negarent. Oppidani etiam sua sponte cesarem reci-  
 pere conarentur. Desperatis omnibus auxiliis portas ape-  
 ruit: & se atq; oppidum cesari dedidit: incolumisq; ab eo  
 seruatus est. Recepto cesar orico: nulla interposita mo-  
 ra apolloniam proficiscitur. Eius aduentu audito L. tra-  
 berius qui ibi preerat: aquam comportare in arcem atq;  
 eam munire obsidesq; ab apolloniatis exigere coepit.  
 Illi uero daturos se negare: neq; portas consuli preclusuros:  
 neq; sibi iudicium sumpturos contra id quod omnis italia  
 populusq; ro. iudicauisset. Quorum cognita uoluntate cla-  
 profugit apollonia straberius. Illi ad cesarem legatos mittit  
 oppidoq; recipiunt. Hoc sequuntur billidenses amathimi  
 & relique finitime ciuitates totaq; epiros: & legatis  
 ad cesarem missis que imperaret facturos pollicentur.  
 At pompeius cognitis his rebus que erant orici atq; apol-  
 lonie geste: dyrachio timens: diurnis eo nocturnisq;  
 itineribus contendit simul ac cesar appropinquare  
 dicebatur: tantusq; terror incidit eius exercitui qd  
 properans nocte diei coniunxerat: neq; iter inter-  
 miserat: ut pene omnes in epiro finitimisq; regi-  
 onibus signa relinquerent. Complures arma pro-

iicerent ac fuge simile iter uideretur. Sed cum prope dy-  
rachium pompeius constitisset: castraq; metaxi iussisset: per-  
territo etiam cum exercitu princeps labienus procedit: iu-  
ratq; eum se non deserturum: eundemq; casum subitu-  
rum quencunq; ei fortuna tribuisset. Hoc idem reliqui iu-  
rant legati: hoc tribuni militum centurionesq; sequuntur.  
atq; idem omnis exercitus iurat. Caesar profecto occupato  
itinere ad dyrachium finem properandi facit: castraq; ad  
flumen supponit in finibus apolloniatum: ut castellis ui-  
giliisq; benemerite ciuitates tute essent presidio: ibiq; re-  
liquarum ex italia legionum aduentum expectare: & sub  
pellibus hiemare constituit. Hoc idem pompeius facit:  
& trans flumen tapsum positis castris eo copias omnes  
auxiliaq; conduxit. Calenus legionibus equitibusq; brun-  
dusij in naues impositis ut erat preceptum a cesare: qua-  
tum nauium habebat facultatem: naues soluit: paulinq;  
a portu progressus: litteras a cesare accipit: quibus est cer-  
tior factus portus litoraq; omnia classibus aduersarioru  
teneri. Quo cognito se in portum recipit: nauesq; omnes  
reuocat. Vna ex iis que perseverauit: neq; imperio cale-  
ni obtemperauit: quod erat sine militibus priuatoq; con-  
silio administrabatur: delata oricum: atq; a bibulo ex-  
pugnata est: qui de seruis liberisq; omnibus ad impube-  
res supplicium sumit: & ad unum interficit. Ita exiguo  
tempore magniq; casu totius exercitus salus constitu-  
it. Bibulus ut supra demonstratum est erat cum clas-  
se ad oricum: & sicut in mari portibusq; ad cesarem pro-  
hibebat: ita ipse omni terra earum regionum prohibe-  
batur. Presidiis enim dispositis: omnia litora a cesa-  
re tenebantur: neq; lignandi neq; aquandi neque

naues ad terram religandi potestas fiebat. Erat res in magna  
 difficultate summissq; angustis rerum necessariarum preme-  
 batur. adeo ut cogerentur sicuti reliquum commeatum:  
 ita ligna atq; aquam corcyra nauibus onerariis supporta-  
 re. atq; etiam uno tempore accidit. ut difficilioribus usi  
 tempestatibus ex pellibus quibus erat tectis naues noc-  
 turnum excipere rorem cogerentur. Quas ante difficulta-  
 tes patientes atq; equo animo ferebant. neq; sibi nudanda  
 litora & relinquendos portus existimabant. Sed cum esset  
 in quibus demonstraui angustis: ac se Libo cum bibulo  
 coniunxisset. Loquuntur ambo ex nauibus cum M. aci-  
 lio & statio murco legatis: quorum alter oppidi muris. al-  
 ter presidis terrestribus preerat: uelle se de maximis re-  
 bus cum cesare loqui si sibi eius facultas detur. huc ad-  
 dunt pauca rei confirmande causa. ut de compositione  
 acturi uiderentur. Interim postulant ut sint iudiciae:  
 atq; ab eis impetrant: magnum enim quod afferebant  
 uidebatur. & cesarem id summe sciebant cupere & per-  
 fecturum aliquid de bibuli mandatis existimabatur. Ce-  
 sar eo tempore cum legione una profectus ad recipiē-  
 das ulteriores ciuitates & rem frumentariam expedi-  
 endam qua anguste utebatur. Erat ad butrotum  
 oppidum corcyre. Vbi certior ab acilio & murco per  
 litteras factus de postulatis libonis & bibuli legionem  
 relinquit: ipse oricum reuertitur. Eo cum uenisse. euo-  
 cantur illi ad colloquium. Prodit Libo: neq; excusat  
 bibulum: quod is iracundia summa erat: inimicitiasq;  
 habebat etiam priuatas cum cesare ex edilitate & pre-  
 tura conceptas: ob eam causam colloquium uitasse. ne  
 res maxime spei maximeq; utilitatis eius iracundia

impediretur pompeii summam esse ac fuisse semper uoluntatem ut componeretur ac ab armis discederetur. Sed potestatem eius rei se nullam habere. propterea quod de consilij sententia summam belli rerumq; omnium pompeio permiserat. Sed postulatis cesaris cognitis missuros ad pompeium atq; illum reliqua per se acturum hortantibus ipsis. Interea manerent indutijs dum ab illo rediri posset. neue alter alteri noceret. Huc addit pauca de causa & de copijs auxilijsq; suis quibus rebus neq; tum respondendum cesar existimabat. neq; non ut memoria prodatur. satis causam putamus. Postulat cesar ut legatos sibi ad pompeium sine periculo mittere liceret. idq; ipsi fore reciperent. aut acceptos perse ad eum perducerent. quod ad indutias pertineret. sic belli ratione esse diuisam. ut illi classe naues auxilijsq; sua impedirent. ipse ut aqua terraq; eos prohiberet. & si hoc sibi remitti uellent remitterent. ipsi de maritimis custodijs si illud tenerent. se quoq; retenturum. nihilominus tamen agi posse de compositione. ut hec non remitteretur. neq; hanc rem illis esse impedimenti loco. neq; legatos cesaris recipere neq; periculum prestare eorum. sed totam rem ad pompeium reicere. unum instare de indutijs. uehementissimeq; contendere. Quem ubi cesar intellexit. presentis periculi atq; inopie uitande causa omnem rationem instituisse. neq; ullam spem aut conditionem pacis afferre ad reliquam cogitationem belli se receperit. Bibulus multos dies terra prohibitus & grauiore morbo ex frigore ac labore implicitus. cum neq; curari posset. neq; susceptum officium deserere uellet. uiz morbi sustinere non potuit. Eo mortuo ad neminem



unum summa imperij redit: sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat. Vibulius sedato tumultu quem repentinus aduentus cesaris concitauerat: ubi primum rursus adhibito libone & Lucio luceio & theophane: quibus communicare de maximis rebus pompeius consueuerat. De mandatis cesaris agere instituit eum ingressum in sermonem pompeius interpellauit & loqui plura prohibuit. Quid mihi inquit aut uita aut ciuitate opus est: quam beneficio cesaris habere uidebor: cuius rei opinio tolli non poterit. Vbi cum in italiam ex qua profectus sum reductus existimabor bello perfecto. Abiis cesar hec dicta cognouit qui sermone interfuerunt: conatus est tamen nihilominus aliis rationibus per colloquia de pace agere: ut inter boma castra pompeii atq; cesaris unum flumen tantum intererat taptus: crebraq; inter se colloquia milites habebant: neq; ullum interim telum per factiones colloquentium traiciebatur. Mittit. L. uatinium legatum ad ripam ipsam fluminis qui ea que maxime ad pacem pertinere uiderentur ageret: & crebro magna uoce pronuntiaret: liceret ne ciuibus ad ciues de pace duos legatos mittere: qd etiam fugitiuis ab saltu pirheneo predonibusq; licuisset: presertim cum id agerent: ne ciues cum ciuibus armis decertarent. Multa suppliciter locutus: ut de sua omniumq; salute debebat: silentioq; ab utrisq; militibus facto: responsum est ab utraq; parte. A. uarronem profiteri se altera die ad colloquium uenturum: atq; una etiam utring; admodum tuto legati uenire: & que uellent exponere possent: certumq; ei rei tempus constituitur. Quo cum esset postero die uentum: magna

utrinque multitudo conuenit: magnaque erat eius rei ex-  
pectatio atque omnium animi intenti ad pacem esse ui-  
debantur. Qua ex frequentia T. Labienus prodit su-  
missa iratione loqui de pace atque altercari cum ua-  
tino incepit. Quorum mediam orationem inter-  
rumpunt subito undique tela intermissa oratione.  
Que ille obiectus armis militum uitauit. Vulnera-  
tus autem complures. in iis cornelius balbus  
Max. plotius L. tiberius centuriones militesque non  
nulli. Tum Labienus. desinite ergo de compositione lo-  
qui: nam uobis nisi cesaris capite relato pax esse non po-  
test. Iisdem temporibus M. celius rufus pro causa debito-  
rum suscepta initio magistratus tribunal suum iuxta  
C. trebonij pretoris urbani sellam collocauit & si quis  
appellauisset de estimatione & de solutionibus que per  
arbitrium fierent. ut cesar presens constituerat. fore  
auxilio pollicebatur. Sed fiebat equitate decreti & hu-  
manitate Trebonii: qui iis temporibus clementer et  
moderate ius hoc dicendum existimabat: ut reperiri  
non posset a quibus initium appellandi nasceretur. Nam  
forte inopiam excusare & calamitatem aut propria  
suam aut temporum queri & difficultates audionda-  
di etiam mediocri est animi: aut cuius impruden-  
tis est. Itaque hec qui postularet reperiebatur nemo. Atque  
ipsis ad quorum commodum pertinebat diuor inue-  
tus est celius: & ab hoc profectus initio ne frustra ingres-  
sus turpem causam uideretur. legem promulgauit:  
ut sexies seni dies sine usuris credite pecunie soluantur.  
Cum resisteret seruius consul reliquique magistratus &  
minus opinione sua efficeret ad hominum excitanda

Integras uero tenere posses-  
siones qui se debere fate-  
antur: cuius animi.

stidia sublata priore lege duas promulgauit: unam qua  
 mercedes habitationum annuas conductoribus donauit:  
 aliam tabularum nouarum impetij multitudinis in cre-  
 tionum facto: & non nullis uulneratis eum de tribuna-  
 li deturbauit. De quibus rebus seruilius consul ad sena-  
 tum retulit. Senatusq; celium abreptu. remouendum ce-  
 suit. Hoc decreto eum consul senatu prohibuit: & conio-  
 nari conantem de rostris deduxit. Ille ignominia & do-  
 lore permotus palam se proficisci ad cesarem simulauit:  
 clam nuncijs ad milonem missis: qui clodio interfecto  
 eius nomine erat damnatus. Atq; eo in italiam euoca-  
 to: quod magnis muneribus datis gladiatoris familie  
 reliquas quas habebat sibi coniunxit: atq; eum in thuri-  
 num ad sollicitandos pastores premisit. Ipse cum casilinu  
 uenisset unog; tempore signa eius militaria atq; arma caput  
 essent comprehensa: & familia neapoli: usq; prodicione  
 oppidi appareret. patefactis consilijs exclusus capua & peri-  
 culum ueritus: quod conuentus arma ceperat: atq; eum  
 hostis loco habendum existimabat consilio destitit: atq; eo  
 itinere se auertit. Interim milo dimissis circum municipia  
 litteris: ea que faceret iussu atq; imperio facere pompeii que  
 mandata ad se per bibulum delata essent. Quos ex ere ali-  
 eno laborare arbitrabatur sollicitabat: apud quos cum  
 proficere nihil posset: quibusdam solutis ergastulis cosam  
 in agro turino oppugnare coepit. Is tum a q. podio pretore  
 cum legione lapide ictus ex muro perit. Et celius profectq;  
 ut ipse tunc dictitabat ad cesarem peruenit curios. Vbi cu  
 quosdam eius municipij sollicitaret: equitibusq; cesaris gal-  
 lis atq; hispanis qui ab eo predandi causa missi erat pe-  
 cuniam pollicitaretur. ab eis est interfectus. Itaq; ma-

gnarum initia rerum que occupatione magistratuum et  
temporum sollicitam italiam habebat. celerem & facilem  
exitum habuerunt. Libo profectus ab orico cum classe cui  
preerat nauium. L. brundisium uenit insulam que co-  
tra portum brundisium est occupat: quod prestare unum  
locum arbitrabatur: quo necessarius nostris erat egres-  
sus: q̄ omnium litora ac portus custodia clausos tene-  
ri. Hic repentino aduentu naues onerarias quasda nau-  
tus incendit: & unam frumento onustam abduxit: ma-  
gnamq; nostris terrorem iniecit & noctu militibus et  
sagittarijs in terram expositis presidium equitum deiecit:  
& adeo loci opportunitate uti ad pompeium litteras mit-  
teret naues reliquas si uellet subduci & refici iubet sua  
classe auxilia sese cesaris prohibiturum. Erat eo tempo-  
re antonius Brundisi qui uirtute militum confusus sca-  
phas nauium magnarum circiter. Lx. cratibus pluteisq;  
contexit: eorū milites delectos imposuit: atq; eos in lito-  
re pluribus locis separatim disposuit: nauesq; triremes  
duas quas Brundisij faciendas curauerat per causas  
exercendorum remigum ad fauces portus prodire iussit.  
Has cum audacius progressas Libo uidit sperans intercipi  
posse: quadriremes. v. ad eas misit. Quę cum nauibus  
nostris appropinquasset: nostri ueterani in portum refu-  
giebant. Illi studio incitati incautius sequebantur. Iam  
ex omnibus partibus subito antoniane scaphe signo da-  
to se in hostes incitauerunt: Primumq; impetu unam ex  
iis quadriremem cum remigibus defensoribusq; suis ce-  
perunt: reliquas turpiter refugere coegerunt. Ad hoc  
detrimentum accessit: ut equitibus per oram mari-  
timam ab Antonio dispositis aquari prohibentur. Qua

necessitate & ignominia permotus libo discessit à brundisio:  
 obsidionemq; nostrorum obmisit. Multi iam menses transi-  
 erant: & hiems precipitatauerat. neq; brundisio naues le-  
 gionesq; ad cesarem ueniebant: ac nonnullæ eius rei præ-  
 termisæ occasiones cesari uidebantur: quod certe sepe fla-  
 uerāt uenti: quibus necessario committendum existima-  
 bat. Quantoq; eius amplius processerat tēporis: tanto e-  
 rant alacriores ad custodias qui classibus præerant: ma-  
 ioremq; fiduciam prohibendi habebant: & crebris pompeii  
 litteris castigabantur: quoniam in principio uenientem  
 cesarem non prohibuissent: ut reliquos eius exercitus  
 impedirent: dulciusq; quotidie tempus ad transportandū  
 lenioribus uentis expectabant: quibus rebus permotus ce-  
 sar: brundisium ad suos saeuerius scripsit: nacti idoneū  
 uentum: ne occasionem nauigandi dimitterent siue ad  
 litora apolloniatum cursum dirigere atq; eō naues elice-  
 re possent. Hec à custodibus classium loca maxime  
 uacabant: quod se longius portibus committere nō  
 auderent. Illi adhibita audacia & uirtute administra-  
 tibus. M. antonio & Rafo caleno multum ipsis mi-  
 litibus hortantibus: neq; ullum periculum pro salute  
 cesaris recusantibus nacti austrum naues solunt: atq;  
 altero die apolloniam dyrachiumq; præteruehuntur.  
 Qui cum essent excontinenti uisi. Q. componius qui dyra-  
 chii classi die præerat: naues ex porta educit. & cum iā  
 nostri remissione uento appropinquassent: idem auster  
 increbuit: nostrisq; presidio fuit. Neq; uero ille obeā  
 causam conatu desistebat: sed labore & perseuerantia  
 nauarum se uim tempestatis superare posse sperabat.  
 Præteruectosq; dyrachium magna ui uenti nihilo segnius

sequēbatur. Nostri usi fortunę beneficio tantum impetum  
classis timēbant. si forte uentus remisisset. Nardi portum  
qui appellatur nimpheum ultra lissum milia passuum  
tria. eo naues introduxerunt: qui portus ab africo tege-  
batur. ab austro non erat tutus. leniusq; tempestatis q;  
classis periculum extimauerunt. Quo simul atq; intus  
est itum incredibili foelicitati auster. qui per biduum  
flauerat in africanum se uertit. hic subitam commutatio-  
nem fortunę uidere liquuit. Qui modo sibi timuerant:  
hos tutissimus portus recipiebat. Qui nostris nauibus pe-  
riculum intulerant. de suo timere cogebantur. Itaq;  
tempore commutato. tempestas & nostros texit & naues  
rhodias afflixit: ita ut ad unam omnes rostratę nume-  
ro xvi. eliderentur. & naufragio interirent. & ex ma-  
gno remigum propugnatorumq; numero pars ad scopu-  
los allissa interficeretur. pars a nostris distraheretur.  
Quos omnes conseruatos cesar. domum remisit. Nostre  
naues due tardius cursu confecto in noctem coniectę  
ignorarent. quem locum relique cepissent. contra lis-  
sum in ancoris constitērunt. Has scaphis minoribusq;  
nauigiis compluribus sumptis octacilius crassus qui lis-  
si preerat. expugnare parabat. simul de deditione eorum  
agebat. & incolumitatem deditis pollicebatur. Harum al-  
tera nauis. ccxx. ex legione tironum substulerat. alte-  
ra ex ueterana paulo minus. cc. His cognosci licuit qua-  
tum esset hominibus presidij inani fortitudine. Tirones  
enim multitudine nauium perterriti & salo nauiseaq;  
confecti iure iurando accepto. nihil iis nocituros hostes  
se octacilio dediderunt. Qui omnes ad eum producti  
contra religionem iurisiurandi. in eius conspectu crude-

lissime interficiuntur. At ueterane legionis milites ite  
 conflictati & tempestatis & sentinae uitij: neq; ex pri-  
 tina uirtute remittendum aliquid putauerunt: sed trac-  
 tandis conditionibus & simulatione deditiois extracto  
 primo noctis tempore gubernatorem in terram nauez  
 eicere cogunt. Ipsi idoneum locum nacti reliquam noc-  
 tis partem ibi confecerunt: & luce prima missis ad eos  
 ab octacilio equitibus qui eam partem oris maritimae  
 obseruabant circiter cccc. quinque eos armati ex pre-  
 sidio secuti sunt: se defenderunt. & nonnullis eorum  
 interfectis: incolumes se ad nostros receperunt. Quo facto  
 conuentus cuiusdam romanorum qui lissum optinebant:  
 quod oppidum iis antea cesar attribuerat: muniendūq;  
 curauerat. Antonium recepit: omnibusq; rebus iuuit.  
 Octacilius sibi timens oppido fugit & ad pompeium perue-  
 nit. Ex omnibus copijs Antonius quarum erat summa  
 ueteranarum trium legionum uniusq; tironum & eq-  
 tum dccc. plerasq; naues in italiam remittit ad reliqs  
 milites equitesq; transportandos. Pontones quod est  
 genus nauium gallicarum lissi relinquit: hoc consilio  
 ut si forte pompeius uacuans existimans italiam eo tra-  
 iecisset exercitum. Quae opinio erat indita uulgo: ali-  
 quam cesar ad insequendum facultatem haberet: nū-  
 ciosq; ad eum celeriter mittit: quibus legionibus exer-  
 citum exposuisset & quid militum transuexisset. Haec  
 eodem fere tempore cesar atq; pompeius cognoscunt:  
 nam preteruectas apolloniam dyrachiumq; naues uide-  
 rant. Ipsi iter secundum eas direxerant. Sed quo esset  
 es delatę primis diebus ignorabant. Cognitāq; re di-  
 uersa sibi ambo consilia capiunt. Cesari ut q̄ primū



se cum Antonio coniungerat. Pompeius ut uenientibus  
in itinere se opponeret. & sic imprudentes ex insidijs  
adoriri posset. Eodemq; die uterq; eorum ex castris stati-  
uis a flumine tapso exercitum educunt. Pompeius clam  
& noctu. Caesar palam atq; interdum. sed cesari circuitu  
maiore iter erat longius aduerso flumine. ut uado tran-  
sire posset. Pompeius quia expedito itinere flumenei tra-  
seundum non erat. magnis itineribus ad antonium co-  
tendit. atq; ubi cum appropinquare cognouit. idoneu  
locum nactus. ibi copias collocauit. suosq; omnes castris  
continuit. ignesq; fieri prohibuit. quo occultior esset  
eius aduentus. Hec ad antonium statim per gregos de-  
feruntur. Illis missis ad cesarem nuncijs unum die  
se se castris tenuit. Altero die ad eum peruenit caesar.  
Cuius aduentu cognito pompeius. ne duobus circulude-  
retur. exercitibus ex eo loco discedit. omnibusq; copijs  
ad sparthagum dyrachiumq; peruenit. atq; ibi ido-  
neo loco castra ponit. His temporibus Scipio detrimen-  
tis quibusdam circa montem auianum acceptis impe-  
ratorem sese appellauerat. Quo facto ciuitatibus tyran-  
nisq; magnas imperauerat pecunias. item a publicanis  
sue prouincie debitam pecuniam biennii exegerat. &  
ab eisdem insequentis anni mutuam perceperat. equi-  
tesq; toti prouincie imperauerat. Quibus coactis finitimis  
hostibus parthis post se relictis qui paulo ante. M. crassu  
imperatorem interfecerant. & M. bibulum in obsidio-  
ne habuerant. legiones equitesq; ex Syria deduxerat.  
summaq; cum sollicitudine ac timore parthici belli  
in prouinciam cum uenisset. ac nonnullis militum  
uoces tum audirentur sese contra hostem si duceret.



ituros: contra ciuem & consulem arma non laturos. De-  
 ductis pergamum atq; in locupletissimas urbes in hiber-  
 na legionibus maximas largitiones fecit & confirmando-  
 rum militum causa diripiendas iis ciuitates dedit. Inte-  
 rim acerbissime imperatę pecunie tota prouincia exige-  
 bantur. Multa preterea generatim ad auariciam ex-  
 cogitabantur. In capita singula seruorum ac liberorum  
 tributum imponebatur. Columnaria ostiaria frumē-  
 tum milites: arma remiges: tormenta: uestię im-  
 perabantur: cuius rei nomen reperiri poterat. hoc sa-  
 tis esse ad cogendas pecunias uidebatur. Non solum  
 urbibus sed pene uicis castellisq; singulis cum impe-  
 rio prescribentur. Qui horum quid acerrime cru-  
 delissimeq; fecerat. is & uir & ciuis optimus habebatur.  
 Erat plena lictorum & imperiorum prouincia differ-  
 ta preceptis atq; exactoribus: qui preter imperatas  
 pecunias suo etiam privato imperio compendioq; ser-  
 uiebant. Dictabant enim se domo patriaq; expulsos:  
 omnibus necessarijs egere rebus: ut honesta prescrip-  
 tione rem turpissimam tegerent. Accedebant ad hec  
 grauissime usure: quod in bello plerunq; accidere co-  
 suevit uniuersis imperatis pecunijs. Quibus in rebus  
 prolationem diei donationem esse dicebant. Itaq;  
 es alienum prouincię eo biennio multiplicatum  
 est: neq; minus obeam causam ciuibus eo eius pro-  
 uincię sed in singulos conuentus singulasq; ciuitates  
 certe pecunię imperabantur. mutuasq; ex illa & se-  
 consulto exigi dictabant. publicanis uti in sorte  
 fecerant insequentis anni uestigal promittunt. Pre-  
 terea ephesi a fano dianę depositas antiquitus pecunias.

Scipio tolli iubebat: ceterasque eius diei statuas. cum in fa-  
num uentum esset adhibitis compluribus ordinis sena-  
torij quos aduocauerat Scipio: littere ei redduntur a  
pompeio: mare transisse cum legionibus cesarem: prope-  
raret ad se cum exercitu uenire: omniaque quos haberet.  
His litteris acceptis: quos aduocauerat dimittit. Ipse iter  
macedoniam parare incipit. paucisque post diebus est  
profectus. Hec res ephesie pecunie salutem attulit. Ce-  
sar antonij exercitu coniuncto: deducta orico legione  
quam tuende oris maritimae causa posuerat: tempta-  
das sibi prouincias longiusque procedendum existima-  
bat: & cum ad eum legati uenissent ex thesalia  
etholiaque qui presidio nullo pollicerentur: earum ge-  
tium ciuitates imperata facturam. L. cassium longinum  
cu legione tironum qui appellabatur xxvii atque eq-  
tibus. cc. in thesaliam &c. caluissimum sabinum cum  
co<sup>he</sup>tribus quinq; paucisque equitibus in etholiam misit  
maxime eo quod erant propinque regiones de re fu-  
mentaria ut prouiderent. hortatus est. C. N. domitiu  
caluinum cum legionibus duabus xi. & xii. & equi-  
tibus. Idem in macedoniam proficisci iussit. Cuius prouin-  
ciae ab ea parte que libera appellabatur. Menedemus  
princeps earum regionum missus legatus omnium  
suorum excellens studium profitebatur. Ex his calui-  
sius primo aduentu summa etholorum receptus uolu-  
tate presidij aduersariorum calidone & naupecto re-  
lictus omni etholia potitus est. Cassius in thesalia cu  
legione peruenit. Hic cum essent factiones duae uaria  
uoluntate ciuitatum mitabantur. hegesaretus uete-  
ris homo patientis pompeianis rebus studebat. Petre-

ius summe nobilitatis adolescens suis ac suorum opibus  
 cesarem enixe iuuabat. Eodemq; tempore domitius in  
 macedoniam uenit. & ad eum cum frequentes ciuita-  
 tum legiones conuenire cepissent nunciatum est ad-  
 esse scipionem cum legione magna opinione & fama  
 omnium: nam plerunq; in nouitate fama antecedit.  
 Hic nullo in loco macedonie moratus magno impetu co-  
 tendit ad domitium & cum ab eo milibus passuum xx.  
 abfuisset: subito se ad cassium longinum in thesalia  
 conuertit. Hoc ideo celeriter fecit: ut simul adesse &  
 uenire nunciaretur: & quo iter expeditius faceret.  
 M. fabonium ad flumen Alemonem quod macedo-  
 niam a thesalia diuidit cum cohortibus octo prae-  
 sidio impedimentis religionis reliquit: castellumq; ibi  
 muniri iussit. Eodem tempore equitatus regis cocti  
 ad castra cassij aduolauit: qui circum thesaliam esse  
 consueuerat. Tum timore perterritus cassius cognito  
 scipionis aduentu: uisq; equitibus quos scipionis  
 esse arbitrabatur ad montes se conuertit qui the-  
 saliam cingunt: atq; ex iis locis abrachiam uersus  
 iter facere cepit. At scipionem properantem sequi  
 littere sunt consecute a M. fauonio: domitium cu  
 legionibus adesse: neq; se presidium ubi constitutus  
 esset sine auxilio scipionis tenere posse. Quibus lit-  
 teris acceptis consilium scipio uterq; commutat: cas-  
 sium sequi desistit. Fauonio auxilium facere conten-  
 dit. Itaq; die ac nocte continuato itinere ad eum per-  
 uenit: tam opportuno tempore ut simul domitiani  
 exercitus puluis cerneretur: & primi antecursores  
 scipionis uiderentur. Ita cassio industria domitij.

faunio. Scipionis celeritas salutem attulit. Scipio castris  
statutis biduo moratus ad flumen quod inter eum & do-  
mitij castra fluebat alifacani tertio die prima luce exer-  
citur uado transducit: & castris positus postero die ma-  
ne copias ante frontem castrorum struit. Domitius  
tum quoq; sibi tantum non putauit: quin productis  
legionibus prelio decertaret. Sed cum esset inter  
bina castra campus circa mil passuum VI. Domi-  
tius castris scipionis aciem suam subiecit. Ille a  
uallo non discedere perseuerauit. At tamen egre re-  
tentis domitiani militibus est factum ne prelio conte-  
deretur: & maxime quod riuus difficilibus ripis sub-  
iectus castris scipionis: progressus nostrorum impedi-  
ebat. Quorum studium at acritatemq; pugnandi  
cum cognouisset Scipio suspicatus fore ut postero  
die aut inuitus dimicare cogeretur: aut magna  
cum infamia in castris se contineret: qui magna ex-  
pectatione uenisset. Temere progressus turpem habuit  
exitum: & noctu neq; clamatis quidem uasis flumen  
transiit: atq; in eadem partem ex qua uenerat rediit: ibi-  
q; prope flumen edito natura loco castra posuit. Paucis  
diebus interpositis noctu insidias equitum collocauit. q;  
in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consue-  
uerant: & cum quotidiana consuetudine. Quarus  
prefectus equitum domitij uenisset: subito illi ex insidijs  
consurrexerunt. Sed nostri fortiter eorum impetum  
tulerunt: celeriterq; ad suos quisq; ordines rediit: atq;  
ultra uniuersi in hostes impetum fecerunt. Exiis circi-  
ter Lxxx interfectis: reliquis in fugam coniectis duo-  
bus amissis in castra se receperunt. His rebus gestis domi-

riuſperans ſcipionem ad pugnam elici poſſe. ſimulauit ſeſe  
 anguſtijs rei frumentarię adductum caſtra mouere. ua-  
 ſiſq; militariq; more conclamatis progreſſus mit. in loco  
 idoneo & occulto om̄em exercitum equitatumq; colloca-  
 uit. Scipio ad ſequendum paratus equitatum magnaq;  
 partem ad explorandum iter domitij & cognoscendum  
 premiſit. Qui cum eſſent progreſſi primęq; turme inſidi-  
 as intrauiſſent: ex fremitu equorum illata ſuſpitione  
 ad ſuos ſe recipere ceperunt. Quiq; hoſ ſequebantur cele-  
 rem eorum receptum conſpicati reſtiterunt. Hoſtri cog-  
 niſi hoſtium inſidijs: ne fruſtra reliquos expectarent duas  
 nadi turmas exceperunt. In iis fuit. m. opimius. p. r. eques.  
 Reliquos omnes eorum turmarum aut interfecerunt: aut  
 captos ad domitium deduxerunt. Deductis orę mariti-  
 me ceſar. preſidijs: ut ſupra demõſtratum eſt: tres co-  
 hortis orici oppidi tuendi cauſa reliquit: iſdemq; custo-  
 diam nauium longarum tradidit: quas ex italia traſ-  
 duxerat. huic officio oppidoq; cantruię legatus preerat.  
 Is naues noſtras in timore in partem poſt oppidum redu-  
 xit: & ad terram deligauit: faucibusq; portus nauem one-  
 rariam ſummeſam obiecit: & huic alteram coniunxit:  
 ſuper quaſ turrem effectam ad ipſum introitum portus  
 oppoſuit & militibus compleuit: tuendamq; ad omnes  
 repentinos caſus tradidit. Quibus cognitjs rebus. Cn.  
 pompeii filius qui claſſi egyptiace preerat ad oricum  
 uenit: ſummeſamq; nauem remulco multiſq; conten-  
 dens ſimibus abduxit: atq; alteram nauem que erat  
 ad cuſtodiam ab acilio poſita pluxibus aggreſſus nau-  
 bus in quibus ad libram fecerat turres: ut ex ſuperio-  
 ri pugnant loco: integroſq; defatigatis ſummittens.

111  
& reliquis partibus simul ex terra scalis & classe moenia oppidi temptans: uti aduersariorum manus diducere labore & multitudine telorum nostros uicit: defectisque defensoribus qui omnes scaphis excepti refugerant: etiam nauem expugnauit. Eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectamque pene insulam contra oppidum effecerat. Quattuor biremes subiectis scutulis impulsas noctibus in ulteriorem partem transduxit: ita ut utraque parte naues longas aggredereetur: quae erant deligatae ad terram atque inanes quattuor exiis adduxit: reliquas incendit. Hoc confecto negotio. D. Lelium ab asiatica classe abductum reliquit: qui commeatus biblide atque mantinea importari in oppidum prohibebat. Ipse Lipsum profectus: naues onerarias triginta a. m. antonio relictas intra portum aggressus omnes incendit. Lipsum expugnare conatus: defendentibus ciuibus roqui eius conuentus erant: militibusque quos presidij causa miserat. Cesat triduum moratus paucis in oppugnatione amissis: re infecta inde discessit. Cesat postquam pompeium ad asperagum esse cognouit: eodem cum exercitu profectus: & expugnato in itinere oppido patinorum in quo pompeius presidium habebat: tertio die in macedoniam ad pompeium peruenit: iuxtaque castra posuit & postridie eductis omnibus copijs acie instructa decernendi potestatem pompeio fecit. Vbi illum suis locis se tenere animaduertit: reducto in castra exercitu: aliud sibi consilium capiendum existimauit. Itaque postero die omnibus copijs magno circuitu difficili angustoque itinere dyrachium profectus est sperans pompeium aut

dyrachium compelli: aut ab eo intercludi posse: quod  
 omnem commeatum totiusq; belli apparatus eo cō-  
 tulisset ut accidit. Pompeius enim primo ignorans  
 eius consilium: quod diuerso ab ea regione itinere pro-  
 fectum uidebat: angustijs rei frumentarię compul-  
 sionem discessisse existimabat. Postea per exploratores  
 certior factus: postero die castra mouit: breuiore  
 itinere se occurrere ei sperans. Quod fore suspi-  
 cas cesar: militēsq; adhortatus: ut equo animo labore  
 ferrent: parua parte noctis itinere intermisso: mane  
 dyrachium uenit. Cum primum agmen pompeii pro-  
 cul cerneretur: tum ibi castra posuit. Pompeius inter-  
 clusus dyrachio: ubi propositum tenere non potuit: se-  
 cundo usus consilio: edito loco qui appellatur petra: adi-  
 tumq; habet nauibus mediocrem: atq; eas à quibusdā  
 protegit uentis castra communit. Eo partem nauū  
 longarum conuenire: frumentum commeatumq;  
 ab asia atq; omnibus regionibus quas tenebat compor-  
 tari imperat. Cesar longius bellum ductum iri existi-  
 mans: & de icalicis commeatibus desperans: quod tan-  
 ta diligentia omnia litora à pompeianis tenebantur:  
 classesq; ipsius quas hieme in sicilia: gallia: italia fece-  
 rat morabantur in epirurum rei frumentarię cau-  
 sa. Q. tullium & L. canuleium legatum misit: Quodq;  
 ee regiones aberant longius locis certis horrea consti-  
 tuit: uecturasq; frumenti finitimis ciuitatibus descrip-  
 sit. Item lipso parathinisq; & omnibus castellis quod  
 esset frumenti conquiri iussit. Id erat perexiguum  
 cum ipsorum agrorum natura quod sunt aspera et  
 montuosa: ac plerunq; frumento utuntur importato.

tum quod pompeius hæc providebat & superioribus diebus  
prede loco paratissimos habuerat frumentumq; omne cong-  
situm spoliatis effossisq; eorum domibus per equites compor-  
tatur. Quibus rebus cognitis cesar consilium capit ex  
loci natura. erant enim circum castra pompeii pmul-  
ti editi atq; asperi colles. hos primum presidii tenuit.  
castellaq; ibi communit. Inde ut loci cuiusq; natura fe-  
rebat. ex castello in castellum perducta munitione cir-  
cūvallare pompeium instituit. Hæc expectans qd an-  
gusta re frumentaria utebatur. qd q; pompeius mul-  
titudine equitum ualebat. quo minore periculo undiq;  
frumentum commeatumq; exercitui supportare posset.  
Simul uti pabulatione pompeium prohiberet. equitatuq;  
eius ad rem gerendam inutilem efficeret. Tertio ut  
auctoritatem qua ille maxime apud exteras nationes  
niti uidebatur minueret. cum fama per orbem terra-  
rum percrebuisset illum à cesare obsideri. neq; audere  
prelio dimicare. Pompeius neq; à mari dirachioq;  
discedere uolebat. quod omnem apparatus belli. te-  
la. arma. tormenta illi collocauerat. frumentuq;  
exercitui nauibus supportabat. Neq; munitiones ce-  
saris prohibere poterat. nisi prelio decertare uellet.  
quod eo tempore statuerat non esse faciendū. Re-  
linquebatur ergo ut extremam rationem belli se-  
quens q; plurimos colles occuparet. Et quoniam la-  
tissimas regiones presidii teneret. cesarisq; copias  
q; maxime posset distineret. idq; accidit. castellis  
cum uiginti quattuor effectis. xv. mil. passuum in cir-  
cuitu amplexus hoc spatio pabulabantur. multa q;  
erant intra eum locum manufacta. quibus interu-



iumenta pascerentur. Atq; ut nostri perpetuas muni-  
 tionēs uidebant perductas ex castellis in proxima cas-  
 tella ne quo loco eximperent pompeiani & nostros  
 post tergum adorirentur timebant. Ita illi in minore  
 spatio perpetuas munitiones efficiebant: ne quo loco  
 nostri intrare atq; ipsos a tergo circūuenire possent.  
 Sed illi operibus uincebant: quod & numero militum pres-  
 tabant: & interiore spatio minorem circuitum habebat  
 Que cum erant loca cesari capienda: & si prohibere pompe-  
 ius totis copijs & dimicare non constituerat: tamen suis  
 locis sagittarios funditoresq; mittebat: quorum magnum  
 habebat numerum: multiq; ex nostris uulnerabantur: ma-  
 gnusq; inceserat timor sagittarum: atq; omnes fere mili-  
 tes aut ex coctis aut ex centonibus aut ex coriis tunicas  
 fecerant aut tegumenta: quibus tela uitarent in occupa-  
 dis presidijs: magnaq; ut uterq; utebatur. Cæsar ut q̄ an-  
 gustissime pompeium contineret. Pompeius ut plurimos  
 colles q̄ maximo circuitu occuparet: crebraq; ob eam ca-  
 usam prelia fiebant. In iis cum legio cesaris viii. presidium  
 quoddam occupauisset & munire cepisset: huic loco pro-  
 pinquum & contrarium collem pompeius occupauit: nos-  
 trosq; opere prohibere coepit: & cum una ex parte prope-  
 squum aditum haberet primum sagittarijs funditoribq;  
 circūiectis: postea leuis armature magna multitudine  
 missa: tormentisq; prolatis: munitiones impediēbat: neq;  
 erat facile nostris uno tempore propugnare & munire.  
 Cæsar cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret:  
 recipere se statim iussit & loco excedere: erat per decli-  
 ue receptum. Illi autem hoc acrius instabant: neq; re-  
 gredi nostros patiebantur: quod timore adducti locū

Relinquere uidebantur. Dicitur eo tempore glorians apud  
suos pompeius dixisse non recusare se quin nullius usus  
imperator existimaretur. sine maximo detrimento le-  
giones cesaris sese recepissent inde quo temere essent  
egresse. Caesar receptui suorum timens crates ad extre-  
mum tumultum contra hostem proferri & aduersas lo-  
cari inter has mediocri latitudine fossa tectis militibus  
obduci iussit. locumq; in omnes partes q; maxime impe-  
diri. Ipse idoneis locis funditores instruxit ut presidio nostris  
se recipientibus essent. His rebus completis legiones reduci  
iussit. Pompeiani hoc insolentius atq; audacius nostros pre-  
mere & instare coeperunt: cratesq; pro munitione ob-  
iectas propulerunt: ut fossas transcenderent. Quod cum  
animaduertisset Caesar: ueritus ne non reducti sed re-  
iecti uiderentur: maiusq; detrimentum caperetur  
a medio fere spatio suos per antonium qui ei legioni  
preerat cohortatus tuba signum dari: atq; in hostes impetum  
fieri iussit. Milites legionis non subito conspicati pila  
coniecerunt: & ex inferiore loco aduersus pilum inci-  
tati cursu precipites pompeianos egerunt: quibus ad re-  
cipiendum crates directe longioriq; obiecta & instituta  
fossae magno impedimento fuerunt. Hostes uero qui  
satis habebant sine detrimento discedere compluribus  
interfectis quinque omnino suorum amissis quietissime  
se receperunt. pauloq; circa eum locum morari alijs  
comprehensis collibus munitiones perfecerunt. Erat  
noua & inusitata belli ratio: cum tot castellorum  
numero tantoq; spatio & tantis munitionibus & ta-  
to obsidionis genere tum etiam reliquis rebus: nam  
quicumq; alterum obsidere conati sunt proculsos atq;

infirmos hostes adhorti aut prelio superatos aut aliqua of-  
 fensione permotos continuerunt cum ipsi numero militum  
 equitumque prestarent. Causa autem obsidionis hec fere  
 esse consuevit ut frumento hostes prohibeantur at con-  
 tra integras atque incolumes copias cesar inferiores mi-  
 litum numero continebat: cum illi omnium rerum co-  
 piam abundarent. Quotidie enim magnus undique  
 nauium numerus conueniebat que commeatum  
 supportarent: neque ullus flare uentus poterat: quin ali-  
 qua ex parte secundum cursum haberet. Ipse autem con-  
 sumptis omnibus longe lateque frumentis summis erat  
 angustijs. Sed tamen hec singulari patientia milites fere-  
 bant: recordabantur enim eadem se superiore anno  
 in hispania perperos labore & patientia maximum  
 bellum confecissent: meminerat ad alexiam magna  
 se inopiam perperos: multo etiam maiorem ad auari-  
 cum maximarum gentium se uictores discessisse:  
 non illis ordeum cum daretur: non legumina  
 recusabant. Secus uero cuius rei summa erat ex epi-  
 ro copia magno in honore habebant. Est etiam genus  
 radicis inuentum ab iis qui fuerant cum ualeribus  
 quod appellatur chara quod admixtum lacte mul-  
 tum inopiam leuat. Id similitudinem panis efficiebat:  
 eius erat magna copia. Ex hoc effectos panes cum in  
 colloquijs pompeiani famem nostris obiecerent: uul-  
 go in eos iaciebant: ut spem eorum minuerent.  
 Namque frumenta maturascere incipiebant: atque ipsa  
 spes inopiam sustentabat: quod celeriter se ha-  
 bituros inopiam confidebant: Crebreque uoces mi-  
 litum in uigilijs colloquijsque audiebantur. Prius

se cortice & arboribus uicturos q̄ pompeium e manibus  
dimissuros. libenter etiam ex perfugis cognoscebāt. equos  
eorum tolerari. Reliqua uero iumenta interuisse. Vt at̄  
iplos ualitudine non bona cum angustijs loci & odo-  
re tetro ex multitudine cadauerum. & quotidianis  
Laboribus insuetos operum tum aque sum̄a inopia  
affectos. Om̄ia enim flumina eque omnes riuos q̄  
ad mare pertinebant. Cesar enim ea uerterat. aut  
magnis operibus obstruxerat. atq; ut erant loca mō-  
tuosa & aspectus angustis uallium. has sublicis inter-  
ram dimissis presepserat. terramq; aggererat ut aquā  
contineret. Itaq; illi necessario loca sequi demissa ac pa-  
lustria & puteos fodere cogebantur. atq; hunc labore  
ad quotidiana opera addebant. Qui tamen fontes aq̄  
busdam presidijs aberant longius & celeriter estibus  
exarescebant. At cesaris exercitus optima ualitudine  
summaq; aque copia utebatur. tum commeatu om-  
ni genere preter frumentum abundabat. quibus quo-  
tidie melius subterere tempus maioremq; spem ma-  
turity frumentorum proponi uidebant. In nouo  
genere belli noue ab utriusq; bellandi rationes reperie-  
bantur. Illi cum animaduertissent ex ignibus nocte  
cohortes nostras ad munitiones nostras excubare. silē-  
tio aggressi. uniuersas intra multitudinem sagittas  
coniiciebant. & se confestim ad suos recipiebant. Qui-  
bus rebus nostri usu docti. hec reperiebant remedia. ut  
alio loco ignes facerent. Interim certior factus. P. silla  
quem discedens castris presecerat cesar. auxilio cohor-  
ti uenit cum legionibus duabus. cuius aduentu facile  
sunt repulsi pompeiani. neq; uero conspectum aut

impetum nostrorum tulerunt: primisque deiectis: reliquos  
 euerterunt & loco cesserunt. Sed insequentes nostros ne  
 longius prosequerentur: Silla reuocauit: atque pleribus exis-  
 timant: si acrius insequi bellum uoluisset: eo die potuis-  
 se finire. Cuius consilium reprehendendum non uidetur.  
 Alii enim sunt legati partes atque imperatoris. Alter om-  
 nia agere ad prescriptum: alter libere ad summam re-  
 rum consulere debet. Silla a caesare castris relictus  
 liberatis suis hoc fuit contentus neque prelio decertare  
 uoluit. Quae res ante fortasse aliquem reciperet casum:  
 ne imperatorias sibi partes sumplisse uideretur. Pompeia-  
 nis magnam res ad receptum difficultatem afferebat.  
 Nam ex iniquo progressi loco in summo constiterant: si  
 per decliue sese reciperent: nostros ex superiore insequen-  
 tes loco uerebantur: neque multum ad solis occasum super-  
 erat. Saepe enim conficiendi negocij prope in nocte  
 rem duxerant: ita necessario atque ex tempore capto  
 consilio pompeius tumulum quendam occupauit: qui  
 tantum aberat a nostro castello: ut tellum tormentu-  
 ue missum adigi non posset. hoc consedit loco: ac eum  
 communiuit: omnesque ibi copias continuit. Eodem  
 tempore duobus praeterea locis pugnatum est: nam  
 plura castella pompeius pariter distinende manus ca-  
 temptauerat: ne ex proximis praesidijs succurri posset.  
 Vno loco uolcatius tullus impetum legionis sustinuit:  
 cohortibus tribus atque eam loco depulit. altero germa-  
 ni munitiones nostras egressi compluribus interfec-  
 tis sese ad suos incolumes receperunt. Ita uno die vi.  
 praelijs factis: tribus ad dyrachium: tribus ad muni-  
 tiones: cum horum omnium ratio haberetur: ad

duorum milia numero ex pompeianis occidisse reperiebatur: euocatos & manipulares centurionesq; complures. In eo fuit numero valerius flaccus. l. filius eius: qui pretor asiam obtinuerat: signaq; sunt sex militaria relata: nostri non amplius uiginti omnibus suis prelijs desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum quin uulnerarentur: quattuorq; ex una legione milites oculos amiserunt: & cum laboris sui periculiq; testimonium afferre uellent: milia sagittarum circiter xxx. in castellum coniecta cesari numerauerunt. Scutoq; ad eum relato scenę centurionis inuenta sunt foramina. cc. xxx. Quem cesar ut erat de se meritis & de re pu. donatum milibus. cc. eris atq; ab octauis ordinibus ad primipilum se transducere pronunciauit. Eius enim opt castellum conseruatum esse ex magna parte constabat: cohortemq; duplici stipendio frumento ue sperarijs militibus donis amplissime donauit. Pompeius noctu magnis additis munitionibus reliquis diebus turrel extruxit in altitudinem pedum. xv. effectis operibus uineis eam partem castrorum obtexit: et quinq; intermissis diebus alteram noctem sub nubila noctis extructis omnibus castrorum portis ad impediendum obiectis: tertia in ita uigilia silentio exercitum eduxit: & se in antiquas munitiones recepit. Aetholia acarnaia: amphilotis per cass. longinum & caluisium sabinum ut demonstrauiimus receptis: temptandam sibi achaiam: ac paulo longius progrediendum existimabant. Cesari itaq; eo fusium calenum misit & q. sabinum & cassium cum cohortibus adiungit. Quorum cognito aduentu Rutilius lupus qui achaiam

missus à pompeio obtinebat chium premunire instituit:  
 ut achaiam fusum prohiberet. Calenus de phothetas  
 & orcomenum de uoluntate ipsarum ciuitatum rece-  
 pit non nullas urbes per uim expugnauit. Reliquas ci-  
 uitates circummissis legationibus amicitia cesaris reco-  
 aliare studebat. In his rebus fere erat fuscus occupa-  
 tus. Omibus copijs deinceps cesar exercitum in acie  
 equum in locum produxit. si pompeius prelio decerta-  
 re uellet: ut pene castris pompeii legiones subijceret:  
 tantumq; à vallo eius prima acies aberat: uti ne in  
 eam telo tormentoue adigi posset. Pompeius autē  
 cum ut famam opinionem hominum teneret sic  
 pro castris exercitum constituebat: ut tertia acies  
 uallum contingeret: omnisq; eius instructus exercitus  
 telis ex uallo abiectis protegi posset. Hec cum in achai-  
 a atq; apud dyrachium gereretur: Scipionemq; in  
 macedoniam uenisse constaret: non oblitus pristini  
 instituti cesar: mittit ad eundem clodium suū atq;  
 illum familiarem quem ab illo traditum initio & com-  
 mendatum in suorum necessariorum numero habe-  
 re instituerat. huic dat litteras mandataq; ad eum  
 quorum hec erat summa: sese omnia de pace expec-  
 tum: nihil adhuc arbitrari uitio factum eorum quos  
 esse auctores eius rei uoluisset: qđ sua mandata per-  
 ferre nunc opportuno tempore ad pompeium uerere-  
 tur. Scipionem ea esse auctoritate: ut non solum  
 libere quis probasset exponere: sed etiam ex magna  
 parte compellere atq; errantem regere posset. pre-  
 esse autem suo nomine exercitui: ut preter aucto-  
 ritatem uires quoq; ad coercendum haberet.

Quod si fecisset quietem italie: pacem prouinciarum: salutem imperio uim: omnes acceptam relatiuros. Hec ad eum mandata clodius refert. Ac primis diebus ut uidebatur libenter auditus reliquis ad colloquium non admittitur. Castigato Scipione à fauonio: ut postea confecto bello reperiebamus: infectaq; re sese ad cesarem recepit. Cesar quo facilius equitatum pompeianum ad dyrachium contineret: & pabulatione prohiberet: aditus duos quos esse angustos demonstrauimus: magnis operibus premuniuit: castellaq; iis locis posuit. Pompeius ubi nihil proficere equitatu cognouit: paucis intermissis diebus rursus eum nauibus ad se intra munitiones recipit. Erat summa inopia pabuli adeo ut folijs ex arboribus strictis et teneris arundinum radicibus contusis equos aleret. Frumenta enim que fuerant intra munitiones lata consumpserant: & cogebantur corcyra atq; acarnania longo interiecto nauigationis spatio pabulum supportare: quoq; erat eius rei minor copia ordeo ad augere: atq; his rationibus equitatum tolerare. Sed postq; non modo ordeum pabulumq; omnibus in locis: herbeque defecte: sed etiam fructus ex arboribus deficiebant: corruptis equis macie: conandum sibi aliquid pompeio de eruptione existimauit. Erant apud cesarem ex equitum numero allobroges duo fratres Rosillus & egus: ad buccilli filij qui principatum in ciuitate multis annis obtinuerat: singulari uirtute homines. Quorum opera cesar omnibus gallicis bellis optima fortissimaq; erat usus. His domi ob has causas amplissimos magistratus mandauerat: Atq; eos extra



ordinem in senatum legendos curauerat: agrisq; in  
 gallia ex hostibus captos: premiaq; rei pecuniarie ma-  
 gna tribuerat: locupletesq; ex gentibus fecerat. Hi prop-  
 ter uirtutem non solum apud cesarem in honore erat:  
 sed etiam apud exercitum cari habebantur. Sed freti a-  
 micitia cesaris & stulta ac barbara arrogantia elati des-  
 piciebant suos: stipendiumq; equitum fraudabant: &  
 praedam omnem domum auertebant. Quibus illi  
 rebus permoti uniuersi cesarem adierunt: palamq;  
 de eorum iniurijs sunt questi: & ad cetera addide-  
 runt falsum ab iis equitum numerum deferri quo-  
 rum stipendium auerterent. Cesar neq; tempus il-  
 lud animaduersionis esse existimans: & multa uirtu-  
 ti eorum concedens rem totam distulit: illos secre-  
 to castigauit: quod questui equites haberent: mo-  
 nuitq; equites: ut ex sua amicitia omnia expectarent:  
 & ex preteritis suis officijs reliqua sperarent. Magna  
 tamen hae res offensionem & contemptionem ad om-  
 nes attulit. Idq; ita esse tum ex aliorum obiectatio-  
 nibus: tum etiam ex domestico iudicio atq; animi  
 conscientia intelligebant. Quo pudore adducti: &  
 fortasse non se liberari: sed in aliud tempus seruari  
 arbitrati discedere a nostris: & nouam temptare  
 fortunam: nouasq; amicitias experiri constituerunt.  
 Et cum paucis colloquuti clientibus suis quibus tantu  
 facinus comittere audebant primum conati pre-  
 fedum. eq. caium uolufenum interficere: ut  
 postea bello confecto cognitum est: ut cum mu-  
 nere aliquo fugisse ad pompeium uideretur.  
 Postq; id difficultis uisum est: neq; facultas proficie-

di dabatur: q̄ maximas potuerunt pecunias mutuari p̄  
inde ac suis satisfacere: & fraudata restituere uellent  
multis coemptis equis ad pompeium transferunt: cū  
iis quos sui consilij participes habebant. Quos pompe-  
ius quod erant honesto loco nati & instructi liberali-  
ter magnōq; comitatu & multis iumentis uenerant:  
uiriq; fortes habebantur: & in honore apud cesarem  
fuerant: quōdq; nouum & præter consuetudinem ac-  
ciderat: omnia sua presidia circūduxit atq; ostentauit.  
Nam ante id tempus nemo aut miles aut eques à ce-  
sare ad pompeium transferat: cum penè quotidie à po-  
peio ad cesarem perfugerent. Vulgo uō uniuersi in e-  
pro atq; etholia conscripti milites: earumq; regionum  
omnium que à cesare tenebantur. Sed ii cognitis om-  
nibus rebus: seu quid in munitionibus perfectum non  
erat: seu quid à peritioribus rei militaris desiderari ui-  
debat: temporibusq; rerum & spatijs locorum & cul-  
todiarum uaria diligentia animaduersa prout cuiusq;  
eorum qui negocijs præerant: aut natura: aut studiu  
ferebat: hæc ad pompeium omnia detulerant. Quib;  
ille cognitis: eruptionisq; iam ante capto consilio: ut  
demonstratum est: tegmenta galeis milites ex uimi-  
nibus facere atq; aggerem comportare iubet. His pe-  
ractis rebus magnum numerum leuis armaturæ  
& sagittariorum aggeremq; omnem noctiq; in sca-  
phas & naues actuarias imponit: & de media nocte  
cohortes Lx. ex maximis castris presidisq; deductas  
ad eam partem munitionum ducit que pertine-  
bant ad mare longissimēq; à maximis castris ce-  
saris aberant: eodem quas demonstrauius agger

& leuis armaturę militibus completas quasq; ad dy-  
 rachium naues longas habebat mittit: & quid a quo-  
 q; fieri uelit præcipit. Ad eas munitiones cesar Len-  
 tulum marcellinum questorem cum legione nona  
 positum habebat. Huic quod ualitudine minus com-  
 moda utebatur. fuluium posthumum adiutore su-  
 miserat. Erat eo loco fossa pedes xv. tantundemq;  
 eius ualli agger in latitudine patebat. Ab eo intermis-  
 so spatio pedes. dc. alter conuersus in contrariam par-  
 tem erat uallus humili ore paulo munitione. Hoc eñ  
 superioribus diebus timens cesar. ne nauibus nostri cir-  
 cūuenirentur: duplicem eo loco fecerat uallum: ut  
 si ancipiti loco dimicaretur: posset resisti. Sed operū  
 magnitudo: & continens omnium dierum labor: quo  
 mit pass. in circuitu xviii. munitiones erant comple-  
 xus perficiendi spatium non dabat. Itaq; contra ma-  
 re transversum uallum qui has duas munitiones  
 contingeret: non dum perfecerat. Quę res nota erat  
 pompeio delata per allobroges perfugas: magniunq; nos-  
 tris attulit incommodum. Nam ut ad mare cohortes  
 nonę legionis excubuerāt: accessere subito prima  
 luce pompeiani exercitus: nouisq; eorum aduentus  
 extitit. Simulq; nauibus circūuēcti milites in interio-  
 rem uallum tela iaciebant: fossęq; aggere compleba-  
 tur & legionarij interioris munitionis defensores  
 scalis admotis tormentis cuiusq; generis telisq; ter-  
 rebantur: magnāq; multitudo sagittariorum ab utra-  
 q; parte circūfundebatur. multum autem ab ic-  
 tu lapidum: quod unum nostris erat telū: ui-  
 minea tegmenta galeis impōita defendebant.

Itaq; cum omnibus rebus nostri premerentur: atque  
egre resisterent: animaduersum est uitium mu-  
nitionis: quod supra demonstratum est: atq; inter  
duos uallos: quod pfectum opus non erat. Ma-  
re nauibus expositis in aduersarios nostros im-  
petum fecerunt: atq; ex utraq; parte munitione de-  
iectos tergauertere coegerunt. Hoc tumultu nunci-  
ato: marcellinus cohortes subsidio nostris laboran-  
tibus summittit: que ex castris fugientes conspica-  
te: neq; ullo suo aduentu confirmare potuerunt:  
neq; ipse hostium impetum tulerunt. Itaq; quodcuq;  
addebatur subsidio: id corruptum timore fugientium:  
timorem & periculum augebat. hominum enim mul-  
titudine receptus impediabatur. In eo prelio cum graui  
uulnere esset affectus aquilifer: & a uiribus deficeret:  
conspicatus equites nostros hanc ego inquit & uiuus  
multos per annos magna diligentia defendi. Et nuc  
moriens eadem fide cesari restituo. Nolite obsecro co-  
mittere: quod ante in exercitum cesaris non accidit:  
ut rei militaris dedecus admittatur. incolumemque  
ad eum deferre hoc casu aquila conseruatur: om-  
nibus primę cohortis centurionibus interfectis pre-  
ter principem priorem. Inq; pompeiani magna ce-  
de nostrorum castris marcellini appropinquabant:  
non mediocri terrore illato reliquis cohortibus. M. an-  
tonius qui proximum locum tenebat presidiorum: ea  
re nunciata cum cohortibus xii. descendens ex loco su-  
periore cernebatur. Cuius aduentus pompeianos co-  
pressit nostrosq; confirmauit: ut se ex maximo timore  
colligerent. Neq; multo post cesar significatione per cal-

tella fumo facta: ut erat superioris temporis consuetudo. deductis quibusdam cohortibus ex presidijis eodem uenit. Qui cognito detrimento cum animaduertisset pompeium extra munitiones egressum: castra secundum mare: ut libere pabulari posset: nec minus adiutum nauibus habere commutata ratione belli quoniam propositum non tenuerat iuxta pompeium munire iussit. Qua perfecta munitione: animaduersum est a speculatoribus cesaris cohortes quasdam: quod instar legionis uideretur esse post siluam & inueterata castra duci. Castrorum hic situs erat superioribus diebus: cum se nona legio cesaris obiecisset pompeianis copijs atq; opera ut demonstrauimus circumuinceret: castra eo loco posuit. hec siluam quandam contingebant neq; longius a mari passibus cccc. aberant. Post mutato consilio quibusdam de causis cesar paulo ultra eum locum castra transtulit: paucisq; intermissis diebus eadem hec pompeius occupauerat: & quod eo loco plures erat legiones habiturus: relicto interiore uallo: maiorem adiecerant munitionem: ita minora castra inclusa maioribus castelli atq; arcis locum obtinebant. Item ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat circiter pass. cccc. quo liberius ac sine periculo milites aquarentur: sed is quoq; mutato consilio quibusdam de causis quas commemorari necesse non est: eo loco excesserat: ita complures dies manserant castra: munitiones quidem omnes integre erant. Eo signo legionis illato speculatores cesari renunciant. hoc idem uisum ex superioribus quibusda

castellis confirmauerant. Is locus aberat nouis pompe-  
ii castris circiter pass. d. hanc legionem sperans cesar  
se opprimere posse. & cupiens eius diei detrimentum  
sarcire. reliquit in opere cohortes duas. que spem  
munitionis preberent. Ipse diuerso itinere q̄ potuit oc-  
cultissime reliquas cohortes numero xxxiii. in quibz  
erat legio nona multis amissis centurionibus. dimi-  
nutoq; militum numero ad legionem pompeii castra.  
q; minora duplici acie duxit. neq; eum prima opinio  
fefellit. nam & peruenit priusq; pompeius sentire posset.  
& tam & si erant munitiones castrorum magnas. ta-  
men sinistro cornu ubi erat ipse celeriter aggressus  
pompeianos exuallo deturbauit. Erat obiectus portis  
ericus. Hic paulisper pugnatum est. cum irrumpe-  
re nostri con<sup>re</sup>antur. illi castra defenderent fortissime  
T. pulcione cuius opere proditum exercitum. C. anto-  
nii demonstrauius e loco propugnante. sed tamen  
nostri uirtute uicerunt. excisoq; ericio primo in ma-  
iora castra post etiam in castellum quod erat inclu-  
sum maioribus castris irruerunt. & quod eo pulsa  
legio sese receperat. nonnullos sibi repugnantes inter-  
ficiunt. Sed fortuna que plurimum potest tum in  
Reliquis rebus. tum precipue in bello paruis momen-  
tis magnas rerum commutationes efficit. ut tu acci-  
dit. Munitionem enim quam pertingere a castris ad  
flumen supra demonstrauius. dextri cesaris cornu  
cohortes ignorantia loci sunt secute. cum porta que-  
rerent castrorum que eam munitionem esse ar-  
bitrarentur. Quod cu esset animaduersum coniuicta  
esse flumini protinus iis munitionibus defendente

nullo transcederunt: omnisq; noster equitatus eas  
 cohortes est secutus. Interim pompeius hac longa satis  
 interiecta mora & renuciata v. legionem ab opere  
 deductam subsidio suis duxit. Eodemq; tempore equita-  
 tus eius nostris equitibus appropinquabant: & acies in-  
 structa à nostris qui castra occupauerant cernebatur:  
 omnia sunt subito mutata. Pompeiana enim legio  
 celeri spe subsidii confirmata ab decumana porta re-  
 sistere conatur: atq; ultro in nostros impetum facie-  
 bat. Equitatus cesaris quod angusto itinere per aggeres  
 ascendebat receptui suo timens initium fugæ: dextrū  
 cornu quod erat à sinistro seclusum terrore equitum  
 animaduerso: ne intra munitionem opprimeretur ex  
 parte qua proruebat sese recipiebat: ac pleriq; exiis  
 ne in angustias inciderent x. pedum munitionis se  
 in fossas precipitant: primisq; oppressis: reliqui per horū  
 corpora salutem sibi atq; exitum pariebant. Sinistro  
 cornu milites cum ex uallo pompeium adesse & suos  
 fugere cernebant: ueriti ne angustijs includerentur: cū  
 extra & intus hostem haberent: eodem quo uenerat: re-  
 ceptui sibi consulebant: omniaq; erant tumultus timo-  
 ris: fugæ plena adeo ut cum cesar signa fugientium  
 manu prenderent & consistere iuberet: alij dimissis  
 equis eundem cursum conficerent. Alij ex metu etiā  
 signa dimitterent: neq; omnino quisq; consisteret. His  
 tantis malis subsidia succurrebant quo minus omnis  
 deleceretur exercitus: quod pompeius insidias timens  
 credo quod hec preter spem acciderant eius qui pa-  
 ulo ante ex castris fugientes suos conspexerat mu-  
 nitionibus appropinquare aliquādiu non audebat:

equitesq; eius angustis portis atq; iis a cesaris militibus  
occupatis ad insequendum tardabantur. Ita parue-  
res magnum in utraq; partem momentum habu-  
erunt: munitiones enim a castris ad flumen perduc-  
te expugnatis iam castris pompeii propam<sup>q;</sup> expedita  
cesaris uictoriam interpellauerunt. Eadem res ce-  
leritate insequentium tardata nostris salutem  
attulit: duobus his unius diei preliis. Cesaris desydera-  
ti sunt milites dccc. lx. & noti equites ro. cccc. & uiti-  
canus gallus senatoris & a placentia. c. & a puteolis  
c. & capua. x. sacraui uiri & x. tribuni militum & ce-  
turionis xxxii. Sed horum omnium pars magna in  
fossis munitionibusq; & fluminis ripis oppressa suor-  
um interrore ac fuga sine ullo uulnere interijt: signaq;  
sunt militum amissa xxxii. Pompeius eo prelio im-  
perator est appellatus: hoc nomen obtinuit: atq; ita  
postea se salutari passus est: qui neq; in litteris quas  
scribere est solitus: neq; in fascibus insignia lauree pre-  
tulit. At Labienus cum ab eo impetrauisset: ut sibi cap-  
tiuos tradi iuberet: omnesq; reductos ostentationis  
ut uidebatur causa quo maior perfugis fides habere-  
tur: commilitones appellans: & magna uerborum  
contumelia interrogans: solerent ne ueterani mi-  
lites fugere: in omnium conspectu interficit. His re-  
bus tantum fiducia ac sps pompeianis accessit: ut no-  
de ratione belli cogitarent: sed uicisse iam sibi uide-  
rentur. Non illi paucitatem nostrorum militum: no-  
iniquitatem loci atq; angustias in pre-occupatis cal-  
tris & ancipitem terrorem intra extraq; munitiones  
non abscisum in duas partes exercitum: cum alter



alteri auxilium ferre non posset: cause fuisse cogitabant. Non  
 ad hec addebant non ex concursu acri facto non prelio  
 dimicatum sibiq; ipsos multitudine atq; angustijs ma-  
 ius attulisse detrimentum q̄ ab hoste accepissent. Non  
 deniq; communes belli casus recordabantur: q̄ paruule  
 sepe cause uel false suspiciones uel terroris repenti-  
 ni uel obiecte legionis magna detrimenta intulisset:  
 quotiens uel culpa ducis uel tribunitio in exercitum  
 esset offensum. Sed proinde ac si uirtute uicisset: neq;  
 ulla commutatio rerum posset accidere: per orbem  
 terrarum fama ac litteris uictoriam eius diei con-  
 celebrabant. Cesar a superioribus consilijs depulsus:  
 omnem sibi commutandam belli rationem existima-  
 uit. Itaq; uno tempore presidijs omnibus deductis & op-  
 pugnacione dimissa: coactosq; in unum locum exerci-  
 tu: contionem apud milites habuit: hortatusq; est  
 ne ea que accidissent: grauius ferrent: ne ue ijs  
 rebus terrerentur: multisq; secundis prelijs unum  
 aduersum & id mediocre opponerent: habenda fortu-  
 ne gratiam quod italiam sine aliquo uulnere ce-  
 pissent: quod duas hispanias bellicosissimorum ho-  
 minum peritissimis atq; exercitatissimis ducibus pa-  
 cauissent: quod finitimas frumentariasq; provincias  
 in potestatem redeuissent. Deniq; recordari debere  
 qua facilitate inter medias hostium classes opple-  
 tis non solum portibus: sed etiam litoribus omnes  
 incolumes essent transportati: si non omnia cede-  
 rent secunda: fortunam esse industria subleuanda  
 quod esset acceptum detrimenti cuiusuis uel exer-  
 citus potius q̄ sue culpe debere tribui: locum securu

ad dimicandum dedisse: potitum esse se hostium castris  
expulisse ac superasse pugnantes. Sed siue ipsorum pe-  
turbatio: siue error aliquis: siue etiā fortuna partam  
iam presentemq; uictoriam interpellasset: dandam  
omnibus operam: ut acceptum incommodum uirtute  
sarcirentur. Quod si esset factum detrimentum: in  
bonum uerteretur: uti ad gergoniam accidisset. Atq;  
is qui ante dimicare timuisset: ultro se praelio offeret.  
Hac habita contione: nonnullos signiferos ignominia  
notauit: ac loco mouit. Exercitui quidem omni tā-  
tus incesit ex incommodo dolor: tantumq; studium  
infamie sarcienti: ut nemo aut tribuni aut cen-  
turiōis imperium desideraret: & sibi quisq; etiam pœ-  
ne loco grauiores imponeret labores: simulq; omnes  
ardere cupiditate pugnandi. Cum superioris etiā  
ordinis nonnulli ratione permoti: manendum eo loco  
& rem praelio committendam existimarent: contra ea  
cesar: neq; satis militibus perterritis confidebat: spatiumq;  
interponendum ad recreandos animos putabat. Relic-  
tisq; munitionibus: magno opere rei frumentarie time-  
bat. Itaq; nulla interposita mora: sauciorum modo  
& egrorum habita ratione: impedimenta omnia sile-  
tio prima nocte ex castris apolloniam premisit: ac cō-  
quiescere ante iter factum uetuit. His una legio mis-  
sa presidio est. His explicitis rebus duas in castris legio-  
nes retinuit. Reliquas de quarta uigilia compluribus  
portis eductas eodem itinere premisit: paruq; spatio  
intermisso: ut & militare institutum seruaretur: &  
ne citissima eius profectio cognosceretur: conclama-  
ri iussit: statimq; egressus & nouissimum agmen cō-

secutus: celeriter e conspectu castrorum discessit. Neque  
 uero pompeius cognito consilio eius: moram ullam ad  
 insequendum intulit: sed eadem spectans si itinere im-  
 peditos & perterritos deprehendere posset: exercitum  
 ex castris eduxit: equitatumque premisit ad nouissimū  
 agmen demorandum: neque consequi potuit: quod mit-  
 tum expedito itinere antecesserat cesar. Sed cum  
 uentum esset ad flumen genusum quod ripis erat  
 impeditum: consecutus equitatus nouissimos praefugio  
 detinebat. Huic suos cesar equites opposuit: expeditos-  
 que antesignarios admisit. cccc. qui tantum profe-  
 cerunt: ut equestri praefugio commisso pellerent omnes:  
 compluresque interficeret: ipsique incolumes se ad agmen  
 reciperent. Confecto iusto itinere eius diei quod pro-  
 posuerat cesar: traditoque exercitu flumen genusum  
 ueteribus suis in castris contra sparagium con-  
 sedit: militesque omnes intra uallum castrorum con-  
 tinuit: equitatumque per causam pabulandi emissum:  
 confestim decumana porta in castra se recipere  
 iussit. Simili ratione pompeius confecto eiusdem  
 diei itinere: in suis ueteribus castris ad asparagium  
 consedit: eiusque milites quod ab opere integris mu-  
 nitionibus uacabant: alij lignandi pabulandique ca-  
 longius progrediebantur: alij quod subito consilium  
 profectiois ceperant: magna parte impedimentorum  
 & sarcinarum relicta ad haec repetenda inuitati pro-  
 pinquitate superiorum castrorum: depositis in contu-  
 bernio armis uallum relinquebant. Quibus ad sequen-  
 dum impeditis: cesar quod fore prouiderat: meri-  
 diano fere tempore signo profectiois dato exercitum

educit: duplicatq; eius diei itinere viii. mil. pass. ex eo loco  
procedit. Quod facere pompeius discessu militum non po-  
tuit. Postero die cesar similitex premissis prima nocte  
impedimentis: de quarta uigilia ipse egreditur: ut si qua  
esset imposita dimicandi necessitas: subitum casum expe-  
dito exercitu subiret. Hoc idem reliquis fecit diebus. Qui-  
bus rebus perfectum est: ut altissimis fluminibus atq; im-  
peditissimis itineribus nullum acciperet incommodū. Pom-  
peius enim primi diei moram illata & reliquorum dierum  
frustra labore suscepto: cum se magnis itineribus extēde-  
ret: & progressos consequi cuperet: quarta die finem se-  
quendi fecit: atq; aliud sibi consilium capiendum exti-  
mauit. Cesari ad saucios deponendos: stipendium exer-  
citus dandum: socios confirmandos: presidium urbibus  
relinquendum necesse erat adire apolloniam: sed his  
rebus tantum temporis tribuit: quantum erat propera-  
ti necesse: timensq; domicio ne aduentu pompeii occu-  
paretur: ad eum omni celeritate & studio incitatus  
ferebatur. Totius autem rei consilium his rationibus ex-  
plicabat: ut si pompeius eodem contenderet: abduc-  
tum illum amari: atq; ab iis copiis quas dyrachii  
comparauerat frumento ac commeatu abstractum  
pari conditione belli secum decertare cogeret. Sin in  
italiam transiret coniuncto exercitu cum domicio  
per illiricum italis subsidio proficisceretur. Si apol-  
loniam oricumq; oppugnaret: & si omni mariti-  
ma ora excludere conaretur: obsessio tamen scipio-  
ne necessario illum suis auxilium ferre cogeret. Itaq;  
premissis nunciis ad Cn. domicium cesar scripsit:  
& quid fieri uellet ostendit: presidioq; apollonię cohor-

tribus quattuor lissi una . tribus orici relictis . quiq; erant  
 ex uulneribus egri depositis per epirum atq; acarnaniam  
 iter facere cepit . Pompeius quoq; de cesaris consilio cō-  
 iectura iudicans . ad scipionem properandum existima-  
 bat . Si cesar illo iter haberet . ut subsidium scipioni fer-  
 ret . Si ab ora maritima corcyraq; discedere uellet . qđ  
 legiones equitatumq; ex italia expectaret . ipse ut omib;   
 copijs domicium aggredieretur . His de causis uterque  
 eorum celeritati studebat . & suis ut esset auxilio ad op-  
 primendos aduersarios . ne occasione temporis deesset .  
 Sed cesar apolloniam a directo itinere auerterat . Pom-  
 peius per candauiam iter in macedoniam expeditū  
 habebat . Accessit etiam ex improviso aliud incomodū .  
 quod domicius dies complures castris scipionis castra  
 collata habuisset rei frumentarię causa ab eo discesserat .  
 & horaciam senticam que est subiecta candauie  
 iter fecerat . ut ipsa fortuna illum obuicere pompeio  
 uideretur . Hęc ad id tempus cesar ignorabat . simul  
 a pompeio litteris per omes prouincias ciuitatesq; di-  
 missis . quibus p̄glio ad dyrachium facto latius infla-  
 tiusq; multo q̄ res erat gesta fama percrebuerat . pul-  
 sum fugere cesarem penē omnibus copijs amissis . Hęc  
 itinera infesta reddiderat . Hęc ciuitates non nullas  
 ab eius amicitia auerterat . Quibus accidit rebus . ut  
 pluribus dimissis itineribus a cesare ad domicium et  
 a domicilio ad cesarem nulla ratione iter conficere pos-  
 sent . Sed allobroges & contonici atq; eorum famili-  
 ares quos per fugisse ad pompeium demonstrauiimus .  
 conspicati in itinere per exploratores domicilio seu sua  
 pristina consuetudine quod una in gallia bella gesse-

rant: seu gloria elati: cuncta ut erant acta exposue-  
runt. & cesaris profectioem & aduentum pompe-  
ii docuerunt. A quibus domicius factus certior uix. iiii.  
horarum spatio antecedens hostium beneficio periculū  
uitauit. & ad egmum quod obiectum preponiturque  
thelalis: cesari ueniēti occurrit. Coniuncto exercitu:  
cesar gomphos peruenit: quod est oppidum primum  
thelalis ueniētib; ab epino. Quis gens paucis ante  
mensibus ultro ad cesarem legatos miserat: ut suis  
omnibus facultatibus uteretur: presidiumq; ab eo mi-  
litum petierat. Sed eo fama iam precucurrerat: quā  
supra docuimus de prelio dyrachino quod multis auxerat  
partibus. Itaq; Androstenes pretor thelalis cum se uicto-  
rie pompeij comitem esse mallet. q̄ socium cesaris in re-  
bus aduersis: omnem ex agris multitudinem. seruiorū  
ac liberorum in oppidum cogit: portasq; precludit. &  
ad scipionem pompeiumq; nuncios mittit: ut sibi sub-  
sidio ueniant. se confidere munitionibus oppidi si ce-  
leriter succurratur. longinquam oppugnationem sub-  
tinere non posse. Scipio discessu exercituum à dyrachio  
cognito: larisam legionem adduxerat. Pompeius nō-  
dum thelalis appropinquabat. Cesar castris munitis  
scalas musculosq; ad repentinam oppugnationem fieri &  
crates parari iussit. Quibus rebus effectis: cohortatus mi-  
lites: docuit quantum usum haberet ad subleuanda  
omnium rerum inopiam: potiri oppido pleno atq; opu-  
lento: simul reliquis ciuitatibus huius urbis exemplo  
inferre terrorem: & id fieri priusq; auxilia concurre-  
rent. Itaq; usus singulari militum studio eodem quo  
uenerat die post horam nonam oppidum altiss

moenibus oppugnare aggressus: ante solis occasum expu-  
 gnauit: & ad diripiendum militibus concessit. Statimq;  
 ab oppido castra mouit. Sic ut nuncios expugnati op-  
 pidi famamq; antecederet. Metropolitę primum eo-  
 dem usi consilio iisdem permoti rumoribus portas cla-  
 uerunt: murosq; armatis compleuerunt. Sed postea  
 casu ciuitatis comprehensus cognito ex captiuis quos ce-  
 sar ad murum perducendos curauerat portas aperuerunt.  
 Quibus diligentissime conseruatis collata fortuna metropo-  
 litum cum casu gomphensium nulla thesalie fuit ciui-  
 tas preter lariscos qui magnis excitibus Scipionis te-  
 nebantur: qui cesari parerent atq; imperata facerent.  
 Ille segetis idoneum locum in agris nactus: quia prop-  
 iam mature erant: ibi aduentum expectare: pompe-  
 iog; omnem rationem belli conferre constituit. Po-  
 peius paucis post diebus in thesalia peruenit: contio-  
 natusq; apud cunctum exercitum: suis agit: Scipio-  
 nis milites cohortatur: ut parata iam uictoria: prede  
 ac premiorum uelint esse participes. Receptisq; omni-  
 bus in una castra legionibus suum cum Scipione hono-  
 rem partitur: Classicumq; apud eum cani & alteru  
 illi iubet pretorium tendi. Audis copiis pompeii: duo-  
 busq; magnis exercitibus coniunctis: pristina omniu  
 confirmatum opinio: & spes uictorie augetur: adeo  
 ut quicquid intercederet temporis: id morari reditu  
 in italiam uideretur. & si quando quid pompeius tar-  
 dius aut consideratius faceret: unius esse negociuz  
 diei: sed illum delectari pompeio & consulares preto-  
 riosq; seruorum habere numero dicerent: iamque  
 inter se palam de premijs ac de sacerdotijs contende-

bant: in annosq; consulatum definiabant. Alij domos  
bona eorum qui in castris erant cesaris: petebant: ma-  
gnaq; inter eos in consilio fuit controuersia: oporteret  
ne Lucij hircij: quod is a pompeio ad parthos missus eet:  
proximis comitijs pretorijs absentis rationem haberi:  
Cuius necessarij fidem implorarent pompeii: prestaret  
quod proficiscenti promisisset: ne per eius auctoritate  
deceptus uideretur. Reliqui in labore pari ac pericu-  
lo: ne unus omnes antecederet: recusarent: iam de  
sacerdotio cesaris domitius: Scipio spinther: Q. lentu-  
lus quotidianis contentionibus ad grauissimas uerbo-  
rum contumelias palam descenderunt. Cum Lentulus  
etatis honorem ostentaret: domitius urbanam gra-  
tiam dignitatemq; iactaret. Scipio affinitate pompe-  
ii confideret. Postulauit etiam. L. afranium prodi-  
onis exercitatus actius Rufus apud pompeium quod  
gestum in hispania diceret. Et L. domitius in consi-  
lio dixit placere sibi bello confecto ternas tabellas da-  
ri ad iudicandum iis qui ordinis essent senatorij bel-  
loq; una cum ipsis non interfuissent: sententiasq; de  
singulis ferrent: qui romę quiq; inter presidia po-  
peij fuissent: neq; operam in re militari prestitisset:  
unam fore tabellam qui liberandos omni periculo  
censerent: alteram qui capitis damnarent: tertiam  
qui pecunia mulcarent. Postremo omnes aut de ho-  
noribus suis: aut de premijs pecunie: aut de persequen-  
dis inimicis agebant: nec quibus rationibus supera-  
re possent: sed quemadmodum uti uictoria debe-  
rent: cogitabant. Re frumentaria preparata: co-  
firmatisq; militibus: & satis longo spatio temporis



a dyrachmis praelijs intermisso: quo satis perspectum habere  
 militum uideretur temptandum cesar existimauit. quod  
 nam pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicandum  
 haberet. Itaque ex castris exercitum eduxit: aciemque instru-  
 xit propius suis locis: pauloque castris pompeii longius continen-  
 tibus uero diebus ut progredere-  
 tur a castris suis collibusque  
 pompeianis aciem subiiceret. Quae res confirmationem  
 eius exercitum efficiebat: superius tamen institutum in-  
 equitibus quod demonstraui-  
 mus seruabat: ut quoniam  
 numero multis partibus esset inferior: adolescentes atque  
 expeditos ex antesignarijs electis milites ad pernicitate  
 armis inter equites praeliari iuberet: qui quotidiana  
 consuetudine: usum quoque eius generis praeliorum perci-  
 perent. His erat rebus effectum: ut equites nulle etiam  
 apertioribus locis. vii. milium pompeianorum impetum cum  
 adesset usus sustinere auderent. Neque magno opere eo-  
 rum multitudine terrerentur: namque etiam per eos  
 dies praelium secundum equestre fecit atque unum al-  
 lobrogem ex duobus quos per fugisse ad pompeium su-  
 pra docuimus cum interfecit. Pompeius qui castris in  
 colle habitis ad infimas radices montis aciem instru-  
 ebat: semper ut uidebatur expectans si iniquis locis  
 cesar se subiiceret. Cesar nulla ratione ad pugnam elici  
 posse pompeium existimans: hanc sibi commodissimam  
 belli rationem iudicauit: uti castra ex eo loco mouere-  
 t: semperque esset in itineribus: haec sperans ut mouendis  
 castris: pluribusque ad eundem locis: commodiore consi-  
 lio passim frumentaria re uteretur: simulque in iti-  
 nere: ut aliquam occasionem dimicandi nancisce-  
 retur: & insolitum ad laborem pompeii exercitum

quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus signo iam profectiois dato tabernaculisq; deconsis: animaduersum est pauloante extra quotidianam consuetudinem longius a uallo esse aciem pompeii progressam: ut non iniquo loco posse dimicari uideretur. Tunc cesar ad suos cum iam esset agmen in portis: differendum e inquit iter in presentia nobis: & de prelio cogitanduz: sicut semper desoposimus: animo sumus ad dimicandum parati: non facile occasionem postea reperiemus: confestimq; expeditas copias educit. Pompeius quoq; ut postea cognitum est: suorum omnium hortatu statuerat prelio decertare: namq; etiam in consilio superioribus diebus dixerat: priusq; concurrerent acies: fore uti exercitus cesaris pelleretur. Id cum essent pleriq; admirati: scio me inquit pene incredibilem rem polliceri: sed rationem consilij mei accipite: quo firmiore animo in prelium prodeatis: persuasi equitibus nostris idq; mihi facturos confirmauerunt: ut cum propius sit accessum: dextrum cesaris cornu ab latere aperto aggredieretur: ut circumuenta a tergo acie prius perturbatum pellerent: q; a nobis telum in hostem iaceretur. Itaq; sine periculo legionum & pene sine uulnere bellum conficiemus. Id autem difficile non est: cum tantum equitatu ualeamus. simul deinde ait ut essent animo parati in posterum: & quoniam fieret dimicandi potestas: ut sepe cogitauisset: ne usu manique reliquorum opinionem fallerent. Hunc Labienus excepit: ut cum copias cesaris despiceret: pompeii consilium summis laudibus efferret: noli inquit existimare pompeii hunc esse exercitum qui germaniaq; deuicerit: omnibus interfui prelijs: neq; tenere in-

cognitam rem pro nuncio. Per exigua pars illius exerci-  
 tus superest: magna pars deperit: quod accidere tot  
 praelijs fuit necesse. Multos autumnus pestilentia in ita-  
 lia consumpsit. Multi domum discesserunt. Multi sunt  
 relictis in continenti. An non audistis ex iis qui per cau-  
 sam ualitudinis remanserunt: cohortes esse brundu-  
 li factas? Hæ copię quas uidetis ex derelictis horũ  
 annorum in citeriore gallia sunt relectę: & pleriq;  
 sunt ex colonis transpadanis. Atamen quod fuit ro-  
 boris: duobus praelijs dyrachmis interijt. Hec cum dixit  
 set: iurauit se nisi uictorem in castra non reuersurus.  
 Reliquosq; ut idem facerent hortatus est. Hoc laudans  
 pompeius idem iurauit. Hec uero ex reliquis fuit qsq;  
 qui iurare dubitaret. Hec cum facta sunt in consi-  
 lio magna spe & letitia omnium discessum est:  
 & iam animo uictoriam perciebant: quod de re  
 tanta & tam perito imperito imperatore: nisi frus-  
 tra confirmari uidebatur. Cesar cum pompeii  
 castris appropinquasset: ad hunc modum aciem  
 eius instructam animum aduertit. Erant in sinis-  
 tro cornu legiones duę tradite a cesare initio dis-  
 censionis ex senatus consulto. Quarum una pri-  
 ma: altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat  
 pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibus  
 syriacis tenebat. Cilycensis legio coniuncta cum  
 cohortibus hispanis quas traductas ab cranio do-  
 cuimus in dextro cornu erant collocatę. Has  
 firmissimas se habere pompeius existimabat: reli-  
 quas inter aciem mediam cornuq; interiece-  
 rat: numeroq; cohortes. c. x. expleuerat. Hec erat

mit Lv. euocatorum circiter duae quae ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum conuenerant quae tota acie disperse erant. Reliquas cohortis castris propinque castellis presidio disposuerat. Dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis munebat. quam ob causam cunctum equitatum sagittarios funditoresque omnes sinistro cornu obiecerat. Caesar superius institutum seruans x. legionem in dextro cornu nonam in sinistro collocauerat: tametsi erat dyrachis preliis attenuata uehementer: & huic sic adiunxit octauam: ut pene una ex duabus efficeret: atque alteram alteri presidio esse iusserat: cohortes in acie lxx. constitutas habebat: quae hominum summa erat millxxii. cohortes duas castris presidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium: dextro Sillam: media acie Domicium preposuerat. Ipse contra Pompeium constitit. Simul iis rebus animaduersis quas demonstrauimus timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumueniretur: celeriter externa acie singulas cohortes detraxit: atque ex iis quartam instituit: equitatuque opposuit: & quod fieri uellet ostendit: monuitque eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute consistere. Simul tertiae aciei totique exercitui imperauit: ne in iussu suo concurreret: se cum id fieri uellet: uexillo signumque daturum. Exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur: suaque in eum perpetui temporis officia predicaret: imprimis commemorauit testibus se militibus uti posse quanto studio pacem petisset. Quae per uatinium in colloquiis: Quae per A. claudium cum Scipione egisset. Quibus modis ad oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: neque se unquam

abuti militum sanguine: neq; rem pu. alterutro exerci-  
 tui priuare uoluisset. Hac habita oratione exposcentibus  
 militibus & studio pugne ardentibus tuba signum de-  
 dit. Erat crastinus euocatus in exercitu cesaris qui su-  
 periore anno apud eum primum pilum in legione  
 x. duxerat: uir singulari uirtute. Hic signo dato se-  
 quimini me inquit manipulares mei qui fuistis: & uro  
 imperatori quam constituistis operam date. Unum hoc  
 prelium superest: quo confecto & ille suam dignitate  
 & nos nostram libertatem recuperabimus. Simul res-  
 piciens Cesarem: faciam inquit hodie imperator: ut aut  
 uiuo mihi aut mortuo gratias agas. Hec cum dixis-  
 set: primus ex dextro cornu procurrat: atq; eum elec-  
 ti milites circiter cxx. uoluntarie eiusdem centurie  
 sunt profecuti. Inter duas acies tantum erat relic-  
 tum spatij: ut satis esset ad concursum utriusq; exer-  
 citus. Sed pompeius suis predixerat: neu cesaris im-  
 perium exciperent: neue se loco mouerent: aciesq;  
 eius distrahi paterentur: idq; admonitu. C. marij  
 fecisse dicebatur: ut primus excursus uisq; militu  
 infringeret: aciesq; distenderetur: atq; in suis ordi-  
 nibus dispositi dispersos adorirentur: leuiusq; casura  
 pila sperabat in loco retentis militibus q; si ipsi in mis-  
 sis telis occurrissent: simul fore ut duplicato cursu ce-  
 saris milites existimarentur quod & lassitudine con-  
 ficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione fac-  
 tum a pompeio uidetur: propterea quod est quedam  
 animi incitatio atq; alacritas naturaliter innata  
 omnibus que studio pugne incenditur. Hanc no  
 reprimere: sed augere imperatores debent: neq; frustra

antiquitus institutum est: ut signa undiq; concine-  
rent: clamoremq; uniuersi tollerent. Quibus rebus & hos-  
tes terreri & suos incitari existimauerunt. Sed nostri  
milites dato signo cum infestis pilis procurrissent atq;  
animaduertissent non curria pompeianis: usu periti  
ac superioribus pugnis exercitati: sua sponte cursum  
represserunt: & ad medium fere spatium constituerunt:  
ut non consumptis uiribus appropinquarent: paruq;  
intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pi-  
la miserunt: celeriterq; ut erat preceptum a cesa-  
re gladios strinxerunt. Neq; uero pompeiani huic  
rei defuerunt: nam & tela missa exceperunt: & im-  
petum legionum tulerunt: & ordines conseruaue-  
runt: pilisq; missis ad gladios redierunt. Eodem tem-  
pore equites ab sinistro cornu pompeii ut erat impera-  
tum omnes procurrerunt: omnisq; multitudo sagit-  
tariorum se profudit. Quorum impetum noster eq-  
tatus non tulit: sed paulum loco motus cessit: equitesq;  
pompeij huc acrius instare: & se turmatim explicare:  
aciemq; nostram a latere aperto circuire ceperunt.  
Quod ubi cesar animum aduertit: quartę aciei quam in-  
stituerat ex cohortium numero dedit signum: illi ce-  
lester percurrerent: infestisq; signis tanta ui in pompeii  
equites impetum fecerunt: ut eorum nemo consiste-  
ret. Omnesq; conuersi non solum loco excederent:  
sed protinus incitati fuga montes altissimos peteret.  
Quibus sumotis: omnesq; sagittarij funditoresq; destitu-  
ti inermes sine presidio interfecti sunt. Eodem  
impetu cohortes sinistrum cornu oppugnantes: & ia-  
tum resistentibus in acie pompeiana circuirunt:

eosq; a tergo sunt adorti. Eodem tempore tertia  
 aciem cesar que queta fuerat. & se ad id tempus  
 loco tenuerat. precurrere iussit. Ita cum recetes atque  
 integri defessus successissent. alij autem a tergo adori-  
 rentur. sustinere pompeiani non potuerunt. atq; uni-  
 uersi terga uerterunt. Neq; uero cesarem fefellit. quin  
 ab iis cohortibus. que contra equitatum in quarta acie  
 collocatę essent. initium uictorię oriretur. ut ipse in  
 cohortandis militibus pronunciauerat. Ab iis primum  
 equitatus est pulsus. ab iisdem factę cedes sagittariorum  
 ac funditorum. ab iisdem acies pompeiana sinistra par-  
 te erat circũuenta. atq; initium fugę factum. Sed po-  
 peius ut equitatum suum pulsum uidit. atq; eam par-  
 tem cui maxime confidebat. perterritam uidit. ani-  
 maduertit. alijsq; q̄ maxime diffusis. acie excessit. pro-  
 tinusq; se in castra equo contulit. & iis centurionibus  
 quos in statione ad pretorianam posuerat. clare ut  
 milites exaudirent. Tueamini inquit castra & defen-  
 dite diligenter. siquid durius acciderit. Ego reliquas  
 portas circũueo. & castrorum presidia confirmo. Hęc  
 cum dixisset. se in pretorium contulit. summe rei dif-  
 fidens. & tantum euentum expectans. Cesar pompe-  
 ianis ex fuga intra uallum compulsis nullum spatium  
 perterritis dare oportere existimans. milites cohortatę  
 est. ut beneficio fortune uterentur. castraq; oppugna-  
 rent. Qui & si magno estu fatigati. nam ad meridię  
 res erat perducta. tamen ad omnem laborem animo  
 parati imperio paruerunt. Castra cohortibus que ibi  
 presidio erant relictę. industria defendebantur. mul-  
 to etiam acrius a tracibus barbarisq; auxilijs. Nam qui

acie refugerat milites & animo perterriti ac lassitudine  
confecti: nullis plerique armis signisque militaribus magis de  
reliqua fuga: quam de castrorum defensione cogitabant.  
Nec uero diutius qui in uallo constiterant: multitudinem  
telorum sustinere potuerunt: sed confecti uulneribus  
locum reliquerunt: protinusque omnes duces uel centu-  
rionibus tribunisque militum in altissimos montes qui  
ad castra pertinebant confugerunt. In castris pompe-  
ii uidere licuit triclinia stratas strata magnum argen-  
ti pondus expositum recentibus cespitibus tabernacula  
constrata. Lucij etiam lentuli & non nullorum taber-  
nacula protecta edera multa: preterea que nimiam  
luxuriam & uictorie fiduciam designarent: ut facile  
existimari posset: nihil eos de aduentu eius diei timu-  
isse: qui non necessarias coquirerent uoluptates. At  
ij miserissimo ac potentissimo exercitui cesaris luxurie  
obuiciebant: cum semper omnia ad necessarium de-  
fuisent. Pompeius iam cum intra uallum nostri uer-  
sarentur: equum nactus: detractis insignibus impera-  
torij decumana porta se ex castris proiecit: protinusque  
equo citato Larissam contendit: neque ibi constitit sed  
eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus noctur-  
no itinere non intermisso comitatu equitum. xxx.  
ad mare peruenit: nauemque frumentariam conscen-  
dit: sepe ut dicebatur querens tantum opinionem  
fefellisse: ut a quo quere hominum uictoriam speras-  
set: ab eo nuncio fuge facto pene proditus uideret.  
Cesar castris potitis a militibus contendit: ne in preda  
occupati: reliqui negocij gerendi facultatem dimitte-  
rent. Qua re impetrata: montem opere circumu-

+



nire instituit. Pompeiani quod is mons erat sine aqua dif-  
 fusi ei loco relicto monte: uniuersi Larissam uersus recipe-  
 re coeperunt. Qua spe animaduersa. Caesar copias suas  
 dimisit: partemq; legionum in castris pompeii remane-  
 re iussit: partem in sua castra remisit. Quattuor secu-  
 legiones duxit: comodioresq; itinere pompeianis occur-  
 rere cepit: & progressus mit pass. vi. aciem instruxit. Qua-  
 re animaduersa pompeiani in quodam monte consti-  
 terunt. Hunc montem flumen subleuabat. Caesar mi-  
 lites cohortatus est: & si totius diei continenti labore  
 erat confecti: noxq; iam suberat: tamen munitione  
 ne flumen a monte seclusit: ne noctu pompeiani  
 aquari possent. Quo perfecto opere: illi de deditio-  
 ne missis legatis agere coeperunt. Pauci ordinis se-  
 natorij qui se cum iis coniunxerant: nocte fuga  
 salutem petuerunt. Caesar prima luce omnes  
 eos qui in montem confederant ex superioribus  
 locis in planiciem descendere: atq; arma proiice-  
 re iussit. Quod ubi sine recusatione fecerunt: passimq;  
 palmis proiecti ad terram flentes ab eo salutem peti-  
 uerunt. Consolatus consurgere iussit: & pauca apud  
 eos de lenitate sua loquutus: quo minore essent ti-  
 more omnes conseruauit: militibusq; suis commē-  
 dauit: ne quid desiderio eorum uiolaretur: neqd  
 sui desiderarent. Hac adhibita diligentia: ex castris  
 sibi legiones alias occurrere: & eas quas secum duxerat  
 inuicem requiescere atq; in castra reuerti iussit: eo-  
 demq; die Larissam peruenit. In eo pręlio non am-  
 plius ducentos milites desiderauit: sed centuriones  
 fortes uiros circiter. xxx. amisit. Interfectus est et

fortissime pugnant Crastinus cuius mentionem supra fecimus: gladio in os aduersum coniecto: neq̄ id fuit falsum: quod ille in pugnam proficiscens dixerat sic enī cesar existimabat eo prelio excellentissimam uirtutem crastini fuisse: optimeq̄ eum de se meritum iudicabat. Ex pompeiano exercitu circiter milia xv. occidisse uidebantur. Sed in deditionem uenerunt amplius milia xxiiii: namq̄ etiam cohortes que presidio in castellis fuerant: sese similiter dediderunt. Multi preterea in finitimas ciuitates refugerunt: signaque militaria ex prelio ad cesarem sunt relata clxxx. & aquile lviii. L. domitius ex castris in montem refugiens: cum uires eius lassitudine defecissent ab equitibus est interfectus. Eodem tempore d. Lelius cū classe ad Brundisium uenit: eademq̄ ratione qua factum à libone antea demonstrauimus: insulam obiectam portui brundisimo tenuit. Similiter uatinus qui brundisio preerat: tectis instructisq̄ scaphis elicit: naues helianas atq̄ ex iis longius productam unam quinquerehem & minores duas in angustijs portus cepit. Itemq̄ per equites dispositos aqua prohibere classarios instituit. Sed Lelius tempore anni commodiore usq̄ ad nauigandum onerarijs nauibus corcyra dyrachioq̄ aquam suis supportabat: neq̄ a proposito deterebatur: neq̄ ante prelium in thesalia factū. aut ignominia amissarum nauium aut necessariorum rerum inopia ex portu insulæ expelli potuit. Iisdē ferē temporibus Cassius cum classe syrorum & phoenicum & cilycum in Siciliam uenit. & cum esset cesaris classis diuisa in duas partes & dimidijs parti

praesent. P. Sulpicius praetor liboꝝ ad fretum dimidię M.  
 pomponius ad messanam. Prius cassius ad messanam na-  
 uibus aduolauit q̄ pomponius de eius aduentu cognos-  
 ceret: perturbatumq; eum nactus nullis custodijs: neque  
 ordinibus certis magno uento & secundo completas one-  
 rarias naues teda & pice stappa: reliquisq; rebus quae  
 sunt apta ad incendia in pompeianam classem immi-  
 sit: atq; omnes naues incendit xxxv. e quibus xxx. e-  
 rat rostrate. Tantusq; eo facto timor incessit: ut cum es-  
 set legio presidio messang. uix oppidum defenderetur.  
 & nisi eo ipso tempore quidam nunciij de cesaris uictoria  
 per dispositos equites essent allati: existimabant pleriq;  
 futurum fuisse uti iam amitteretur. Sed opportunissi-  
 me nuncijs allatis oppidum fuit defensum. Cassiusq;  
 ad sulpicianam inde classem profectus est: & libonem  
 applicatis nostris ad terram nauibus propter eundem  
 timorem pari ut ante ratione egit. Cassiusq; secundu  
 nactus uentum onerarias naues circiter xl. prepara-  
 tas ad incendium imisit: & flama ab utroq; cornu  
 comprehensa naues sunt combustę quinę: cumque  
 ignis magnitudine uenti latius serperet: milites qui  
 ex ueteribus legionibus erant relictis presidio nauibus  
 ex numero eorum ignominiam no tulerunt:  
 sed sua sponte naues conscenderunt: & a terra sol-  
 uerunt: impetiq; facto in cassianam classem q̄  
 biremes duas in quaru altera erat cassius cepe-  
 runt. Sed cassius exceptus scapha refugit. Prete-  
 rea duę sunt comprehensę triremes. Neq; multo post  
 de prelio facto in thesalia cognitum est: ut ipsi po-  
 peianis fides fieret: nam ante id tempus fingi id

a legatis amicisque cesaris arbitrabantur. Quibus rebus  
cognitis ex iis locis cassius cum classe discessit. Cesar om-  
nibus rebus relictis persequendum sibi pompeium existi-  
mauit: quascunq; in partes ex fuga cepisset: ne rursus  
copias comportare alias & bellum renouare possit: &  
quantumcunq; itineris equitatu efficere poterat: quo-  
tidie progrediebatur: legionemq; unam minoribus  
itineribus subsequi iussit. Erat edictum pompeii nomine  
amphypoli propositum: ut uiri omnes eius provincie  
iuniores greci: ciuesq; romani iurandi causa conue-  
nissent. Sed utrum auertende suspicionis causa po-  
peius proposuisset: ut q; diutissime longioris fugae co-  
siliium occultaret an nouis delectibus si nemo pre-  
meret: macedoniam tenere conaretur: existimari  
non poterat. Ipse ad anchoram unam nocte costi-  
tit: & uocatis ad se amphypoli hospitibus & pecunia  
ad necessarios sumptus irrogata: cognitoq; cesaris ad-  
uentu ex eo loco discessit: & mithilenas paucis diebus  
uenit. Biduum tempestate retentus: nauibusq; alijs  
additis actuarijs in cilyciam atq; inde in epirum p-  
uenit. Ibi cognoscit consensu omnium antiochen-  
um ciuiumq; ro. qui illic negociarentur. arcem an-  
te captam esse excludendi sui causa: nunciosq; dimis-  
sos ad eos qui se ex fuga in finitimas ciuitates recepis-  
se dicerentur: ne antiochiam adirent. Id si fecisset:  
magno eorum capitis periculo futurum. Idem hoc. L.  
lentulo qui superiore anno cons fuerat & L. lentu-  
lo consulari ac nonnullis alijs acciderat Rhodi. Na-  
quicunq; ex fuga pompeium sequerentur atq; in insu-  
lam uenissent: oppido ac portu recepti non erant:

missisq; ad eos nuncijs: ut ex iis locis discederent: contra uoluntatem suam naues soluere. Iamq; de cesaris aduentu fama ad ciuitates perferebatur. Quibus cognitis rebus pompeius deposito adeunde syrie consilio pecunia societatis sublata & a quibusdam priuatis sumpta: & grjs magno pondere ad militarem usum in naues impoſito duobusq; milibus hominum armatis partim q̄s ex familiaris societatum delegerat: partim a negociatoribus coegerat: quosq; ex suis quisq; ad hanc rem idoneos existimabat pelusium peruenit. Ibi casu Rex erat ptholomeus puer etate magnis copijs cum sorore Cleopatra bellum gerens. Quam paucis ante mensibus per suos propinquos amicos regno expulerat: castraq; cleopatre non longo spatio ab eius castris distabant. Ad eum pompeius misit: ut pro eius beneficio hospitio atq; amicitia patris Alexandria reciperetur: atq; illius opibus in calamitate reuerteretur. Sed qui ab eo missi erant: confecto legationis officio: liberius cum militibus regis colloqui ceperunt: eosq; hortari: ut suum officium pompeio prestarent: neue eius fortunam despicerent. In hoc erant numero complures pompeii milites quos ex eius exercitu acceptos in Syriam gabinius Alexandriam traduxerat: belloq; confecto apud ptholomeum patrem pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus amici regis qui propter etatem eius in procuratione erant regni siue timore adducti: ut postea predicabant: ne sollicitato exercitu regionem pompeius alexandriam egyptumq; occuparet: siue despecta eius fortuna: ut plerumq; in calamitate ex amicis inimici existant. Iis qui erant missi palam liberaliter

responderunt. eumq; ad regem uenire iusserunt. Ipsi clā  
consilio imito achilam prefectum regium singulari hominē  
audacia & L. septimium tr. militum ad interficiendū  
pompeium miserunt. Abiis liberaliter ipse appellatus  
& quadam notitia septimij productus: quod ad bellum  
predonum apud eum ordinem dixerat: nauiculam  
paruam conscendit: cum paucis suis ab achila & septi-  
mio interficitur. Item L. lentulus comprehenditur a re-  
ge & in custodia necatur. Cesar cum in Asiam ue-  
nisset: reperiebat Titum appium conatum esse pecunias  
tollere epheso ex fano dianę: eiusq; rei causa senatores  
omnes ex prouincia euocasse: ut iis testibus ea summa  
pecunię uteretur: sed interpellatum cesaris aduentu pro-  
fugisse. Ita duobus temporibus ephesie pecunię cesar au-  
xilium tulit. Item constabat elide in templo minere:  
repetitis atq; enumeratis diebus quotidie prelium secū-  
dum cesar fecisset simulachrum uictorie quod ante  
ipsam mineruam collocatum esset: & ante simulachrū  
minere expectauisset adualuas se templi limenque  
conuertisse. Eodemq; die antiochie in Syria tantus  
exercitus clamor & signorum sonus exauditus est: ut  
in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idem ptho-  
lomaide accidit: pergamiq; in occultis ac reconditis  
templis: quo preter sacerdotes adire fas non est: que  
greci adyta appellant: timpana sonuerunt. Item trial-  
ibus in templo uictorie ubi cesaris statuam consecraue-  
rant palma per eos dies in tecto inter coaugmenta  
lapidum expauimento extitisse ostendebatur. Cesar  
paucos dies in asia moratus cum audisset pompeium  
cypri uisum: coniectans eum egyptum iter habere ff

necessitudines regni: & reliquas eius loci opportunitates:  
 cum legione una quam se ex thesalia sequi iusserat: &  
 altera quam ex achaia atq; fusio legato euocauerat: eq-  
 tibuscq; decem & nauibus longis rhodijs x. & asiaticis pau-  
 cis alexandriam peruenit. In his erant legionariorum  
 hominum milia mille. Reliqui uulneribus ex prælijs  
 & labore ac magnitudine itineris confecti consequi  
 non potuerunt. Sed cesar confusus fama rerum ges-  
 tarum infirmis auxilijs proficisci non dubitauerat:  
 atq; omnem sibi locum tutum fore existimabat. Ale-  
 xandriæ de pompeij morte cognoscit. Atq; ibi primum  
 e naue egrediens: clamorem militum audit: quos  
 rex in oppido præsidij causa reliquerat: & concursum  
 ad se fieri uidet: quod fasces ante se ferret. In hoc om-  
 nis multitudo maiestatem regiam minui predicabat.  
 Hoc sedato tumultu crebre continujs diebus ex concur-  
 su multitudinis concitationes fiebant: compluresque  
 milites huius urbis omnibus partibus interficiebantur.  
 Quibus rebus animaduersis: legiones sibi alias ex asia  
 adduci iussit: quas ex pompeianis militibus confecerat.  
 Ipse enim necessario ephesij tenebantur: quia na-  
 uigationibus alexandriam fiunt aduersissimi uen-  
 ti. Interim controuersias regnum à p. r. & ad se quæ  
 esset consul pertinere existimans atq; eo magis officio  
 suo conuenire: quod superiore consulatu cum patre  
 ptholomeo & lege & senatus consulto societas erat fac-  
 ta: ostendit sibi placere regem ptholomeum atq;  
 eius sororem cleopatriam exercitus quos haberent  
 dimittere: & de controuersijs iure apud se potius  
 quàm inter se armis disceptare. Erat in procuratione



regni propter etatem pueri nutricius eius eunuchus  
nomine photinus. Hic primum inter suos queri atq;  
indignari cepit regem ad causam dicendam euo-  
cari: deinde adiutores quosdam conscios sui nac-  
tus ex regis amicis exercitum a pelusio clam ale-  
xandriam euocauit atq; eundem anchilla cu-  
ius supra meminimus omnibus copijs prefecit. Huc  
incitatum suis & regis inflatum pollicitationibus  
que fieri uellet litteris nuncijsq; edocuit. In testa-  
mento ptholomei patris heredes erant scripti ex  
duobus filijs maior: et ex duabus ea que etate an-  
tecedebat. Hec uti fierent per omnes deos perq;  
foedera que Rome fecissent: eodem testamento  
ptholomeus. p. r. obtestabatur. Tabule testameti  
une per legatos eius Romam erant allate: ut in  
erario ponerentur. He cum propter publicas oc-  
cupationes poni non potuissent: apud pompeium  
sunt depositae. Altere eodem exemplo relicte atq;  
obsignate alexandrie proferebantur. De his reb;  
cum ageretur apud cesarem: isq; maxime uel-  
let pro communi amico atq; arbitro controuer-  
sias regum: subito exercitus regis equitatusq; omis  
uenire nunciatus alexandriam. Cesaris copiae  
nequaquam erant tante ut eis extra oppidum si esset  
dimicandum confideret. Relinquebatur ut se  
suis locis oppido teneret tute: consiliuq; anchil-  
le cognosceret. Milites tamen omnes in armis esse  
iussit: regemq; hortatus est: ut ex suis necessarijs  
quos haberet: maxime auctoritatis legatos ad an-  
chillam mitteret: & quid esset sue uoluntatis





ostenderet. A quo missi dioscorides & serapion: q  
 ambo legati Romę fuerant: magnamq; apud patre  
 ptholomeum auctoritatem habuerant: ad Achilla  
 peruenerunt. Quos ille cum in conspectum eius  
 uenissent: priusq; adiret: aut cuius rei causa missi  
 essent: recognosceret corripit atq; interfici iussit.  
 Quorum alter accepto uulnere occupatus per suos  
 pro occiso sublatus: alter interfectus est. Quo facto  
 Regem ut in sua potestate haberet cesar. efficit:  
 magnamq; regium nomen apud suos auctoritate  
 habere existimans & ut priuato paucorum & latro-  
 num potius q; regio consilio susceptum bellum uide-  
 retur. Erat cum achilla copie: ut neq; numero  
 neq; genere hominum: neq; usu rei militaris con-  
 temnende uiderentur. Milia enim xx in armis  
 habebat. Hęc constabant ex gabimanis militibus  
 qui iam in consuetudinem alexandrie uite ac li-  
 centie uenerant: & nomen disciplinamq; p. r. di-  
 dicerant: uxoresq; duxerant: ex quibus pleriq; li-  
 ros habebant. huc accedebant collecti ex predonib; &  
 latronibusq; syrie cilycieq; prouincie finitimaruq;  
 regionum: multi preterea poena capitis damnati  
 exulesq; conuenierunt: fugitiuis omnibus nostris cer-  
 tus erat alexandrie receptus: certa q; uite conditio:  
 ut dato nomine militum esset numero. Quoru  
 si quis a domino premeretur consensu militum  
 eripiebatur: qui uim suorum qui in simili culpa uer-  
 sabantur: ipsi pro suo periculo defendebant. Hi regu  
 amicos ad mortem deposcere. Hi bona locupletu di-  
 riperet: stipendia augendi causa. Regis domu obsidere:

regno expellere: alios arcessere: uetere quodam alexandri exercitus instituto consueuerant. Erant praeterea equitum milia duo inueterauerant. Hi omnes compluribus alexandriae bellis ptholomeum patrem in regnum reduxerant: bibuli filios duos interfecerat: bella cum egyptiis gesserant: hunc usum rei militaris habebant. His copiis fidens achilas paucitatemque militum cesaris despiciens: occupabat alexandria. Praeterea oppidi partem quam cesar cum militibus tenebat: primo impetu irrupere conatus est. Sed cesar dispositis per uias cohortibus impetum eius sustinuit. Eodemque tempore pugnatum est ad portum: ac longe maximam attulit ea res dimicationem. Simul enim deductis copiis pluribusque uis pugnat: & magna multitudine naues longas occupare hostes conabantur. Quarum erant .l. auxilio misse ad pompeium: praeterea in thesalia facto domum redierant. Ille triremes omnes & quinqueremes erat apte instructaeque omnibus rebus ad nauigandum praeter has uiginti duas que praesidij causa alexandriae esse consueuerant rostrate omnes. Quas si occupauissent classe cesaris erepta: portum ac mare totum in sua potestate haberent: com meatu auxiliisque cesarem prohiberent. Itaque tanta est contentione actum: quanta agi debuit: cum illi in classe celerem uictoriam: in salutem suam consistere uiderent. Sed rem obtinuit cesar: omnesque eas naues & reliqua que erant in nauibus incendit: quod tam late tueri parua manu non potuerat: confestimque ad farum nauibus milites exposuit. Pharos in insula turris magna alti-

tudine mirificis operibus extructa que nomen ab in-  
 sula cepit. Hec insula obiecta alexandrie portum efficit.  
 Sed a superioribus regionibus in longitudinem pass. dccc. in ma-  
 re iactis molibus angusto itinere & ponte cum oppido con-  
 iungitur. In hac una sunt insula domicilia egyptiorum  
 & uici oppidi magnitudine queq; naues imprudentia  
 aut tempestate paulum suo cursu decesserunt. has mo-  
 re predonum diripere consuecunt. his autem inuitis  
 a quibus pharus tenetur non potest esse propter angus-  
 tias nauibus introitus in portum. hoc tamen ueritus ce-  
 sar hostibus impugna occupatis militibusq; expositis pharu  
 comprehendit: atq; ibi presidium posuit. Quibus est reb;   
 effectum uti tuto frumentum auxiliaq; nauibus ad eu  
 supportari possent: deduxit enim circum omnes propi-  
 quas prouincias: atq; inde auxilia euocauit. Reliquis  
 oppidi partibus sic est pugnatum ut equo prelio disce-  
 deretur: ut neuter pelleretur id efficiebant angustie  
 loci: paucisq; utrinq; interfectis. Caesar loca maxime ne-  
 cessaria complexus noctu premunit: & hec tractu op-  
 pidi pars erat exigua: in qua ipse habitandi causa mi-  
 tio erat inductus & theatrum coniunctum domui q;   
 arcis tenebat locum aditusq; habebat ad portum & ad  
 reliqua naualia. Has munitiones insequentibus auxit  
 diebus ut pro muro obiectas haberet: neu dimicare in-  
 uitus cogeretur. Interim filia minor ptholomei Regis  
 uacuam possessionem regni sperans: ad achillam sese  
 ex regia traiecit: unaq; bellum administrare cepit: sed  
 celeriter est inter eos de principatu controuersia orta.  
 que res apud milites largitiones auxit: magnis enim iac-  
 turis sibi quisq; eorum in animos conciliabat. Hec du

apud hostes geruntur: photinus nutricius pueri & procurator regni in parte cesaris cum ad adrillam nuncios mitteret: hortareturq; ne negotio defisteret: ne ue animo deficeret: indicatis deprehensiq; internuncijs: a caesare est interfectus;

(4)

ELLO ALEXANDRINO CONFLATO CAESAR Rhodo atq; ex Syria Cilyciaq; omnem classem accersit. creata sagittarios equites ab rege nauata eorum malco euocat tormenta undique conquiri & frumentum mitti: auxilia adduci iubet. Interim munitiones quotidie operibus augentur: atq; omnes oppidi partes quae minus essent firmae testudinibus ac musculis aptantur. Ex edificijs autem perforamina in proxima edificia arietes immittuntur: quantumq; aut ruinis deiicitur: aut per uim recipitur loci intantum munitiones proferuntur. Nam incendio fere tuta est Alexandria quod si ne contignatione ac materia sunt edificia structuris ac fornicibus continentur: tecta quae sunt rudere aut pauimentis cesar maxime studebat: ut q; angustissimam partem oppidi palus a meridie interiecta efficiebat: hanc operibus uineisq; agendis ab reliq; parte urbis excluderet: illud expectans primum: ut cum in duas partes esset urbs diuisa: acies uno consilio atq; imperio administraretur: deinde ut laborantibus succurri: atq; ex altera oppidi parte auxilium ferri posset: imprimis uero ut aqua pabuloq;